FRAGMENTA MARCHICA, ODER SAMMLUNG UNGEDRUCKTER URKUNDEN...

Digitized by Google

U.W.S.C., K.S.

D.G. 1024.

A111.

Digitized by Google

Digitized by Google

I.

Ad Document. Ottonis March.
de A. 1368. N. XCII.

II.

Ad Docum. Borchardi
de Monte de A. 1406
No. XCVII.

III.

Ad Docum. Monast. Arendsee
de A. 1447. No. LI.

IV.

Ad Docum. Bertholdi
Episcop. Hildesh.
de A. 1481. N. LXIV.

Digitized by Google

FRAGMENTA MARCHICA

oder

Sammlung ungedruckter Urkunden und Nachrichten,

zum Nutzen

der Brandenburgischen Historie

gesammlet und mit Anmerkungen herausgegeben

von

Philipp Wilhelm Gercken.

Königliche Bibliothek zu Berlin

Wolfenbüttel,
bey Johann Christoph Meißner, 1755.

Digitized by Google

ILL. de LVDEVIG

in Dissert. de Opifice exule in pagis p. 73.

Sunt in orbe mortalium vere bona nulla, sed offu-
ciae ac umbrae quibus capimur et occupamur vt
pueri fabis ac globulis. In his tamen primas do
litteris ac ingeniorum cultui: quibus si parum
boni ineſt, plus tamen innocentiae et integritatis.

AD

BIBLIOTHECAM

PRINCIPALEM

ARAVSIO-NASSAVIENSEM

DILLENBVRGICAM.

Digitized by Google

Vorbericht.

Ich finde nicht nöthig, den Nutzen dieser Sammlung weitläuftig vorzustellen, noch weniger die Vortheile, so durch den Abdruck ungedruckter Urkunden der dunkeln und ungewissen Geschichtskunde zuwachsen, besonders vorzutragen. Dieses haben schon lange vor mir die berühmtesten Männer erwiesen; auch die von auswärtigen Gelehrten herausgegebene vielfältige Sammlungen zeigen genugsam, wie

nutzbar sie den pragmatischen Geschichtschreibern gewesen. Wir würden eben solche elende und magere Chroniken ans Licht stellen, wie die meisten unserer Vorfahren, wann die Archive noch so sorgsam, wie damals, denen Gelehrten verschlossen würden. So aber haben sich hierinn die Zeiten verändert, und man bemühet sich also in allen Provinzen Deutschlandes, anderer zu geschweigen, fast um die Wette, die bestaubte Urkunden von dem Untergange zu retten, und sie aus den Archiven ihres Vaterlandes, wo sie so viele Jahrhundert dem Staube und Motten anvertrauet gewesen, wieder ans Licht zu bringen. Unsere nächste Nachbarn sind Zeugen davon; ich will nur das einzige Sachsen nennen:

Wie

Wie viel schöne Sammlungen ungedruckter Urkunden hat selbiges nicht aufzuweisen? Die gelehrtesten Männer daselbst haben sich dieser so nothwendigen Arbeit unterzogen, und uns rechte Muster in dieser Art vorgeleget. Lüneburg, Mecklenburg, Hollstein, Bremen, und andere zeigen ebenfalls viele Proben. Die einzige Mark Brandenburg hat sich hierinn fast am schlechtesten hervorgethan. Ich weiß nicht, womit ich hierunter meine Landesleute entschuldigen soll. Ich kann solches so wenig dem Mangel der Archive und Urkunden, als etwa dem verweigerten Zutritt zu solchen, zuschreiben. Wir haben an beyden keinen Mangel: Unsere Städte haben zum Theil die schönsten Documenta in ihren Re-

Digitized by Google

gistraturen, so einige Jahrhunderte hinaufgehen, und die vormalige Klöster besitzen auch zum Theil nicht wenig. Sie sind auch so leicht keinem verschlossen gewesen; vielmehr haben sie so gar von Hofe aus Vorschriften gehabt, daß sie ihnen haben müssen geöffnet werden. Krieg und Brand, sonderlich der dreyßigjährige, hat uns zwar hierinnen vielen Schaden gethan; allein eben dieses hat auch unsere Nachbarn betroffen, daß also die Archive bey allen wohl gleichviel gelitten. Ja, manche möchten noch wohl einen größern Vorrath haben, wann sie nicht so freygebig gewesen wären, einem jeden ihre Originaldocumente zu communiciren. Wie viel und wichtige Documenta, Copiaria und andere

Nach-

Digitized by Google

Nachrichten finden sich nicht bey den Privatpersonen, so doch ihnen nicht, sondern den Archiven, gehören; und auf was Art sind solche daraus an ihnen gekommen? Wie viele sind nicht bey denen Advocaten und Rechtsgelehrten, bey Verschickung der Acten und andern Umständen, bey selbigen liegen geblieben, und niemals wieder abgefodert worden. Mir sind viele dergleichen Exempel bekannt, und dieses ist alles erst in neuern Zeiten geschehen.

Diesem Mangel ist es also nicht zuzuschreiben, und noch weniger hat es unserm Vaterlande an gelehrten und geschickten Männern jemals gefehlet. Die Geschichte der Mark sind auch gewiß von solcher Wichtig-

keit, und haben so viel Einfluß in die deutsche Reichsgeschichte, daß sie einer geschickten Feder schon lange würdig gewesen wären. Die berühmten Männer, **Beckmann** und **Gundling**, haben unter andern sich solches vorgenommen gehabt, sind aber beyde, wie bekannt, darüber weggestorben, und haben diese Arbeit dem ietzigen Herrn Professor **Beckmann**, so mit vielem Fleiß daran arbeitet, überlassen. Beyden sind die Archive des ganzen Landes offen gestanden, und hat sonderlich der seel. Herr von **Gundling** einen Codicem Diplomaticum, so an die 4000 Stück Märkische Urkunden halten soll, nachgelassen, welchen anjetzo die königliche Academie der Wissenschaften besitzet. Und dennoch ist niemand bey allen diesen

sen Vortheilen auf die Gedanken gekommen, diese zerstreueten briefliche Urkunden, so dadurch ziemlich gesammlet, der gelehrten Welt durch den Druck bekannt zu machen. Der berühmte Herr Rector **Küster** ist der einzige von unsern Landesleuten, so sich hierinn Mühe gegeben. Nur ist es Schade, daß er die so nützliche Sammlung *Opusculor. Marchic.* nicht mehr fortgesetzet. Der seel. Pastor **Rüdemann** hat zwar auch etwas hierinne thun wollen, aber seine *Palæo Marchica* halten keinen Selectum. Die übrigen Schriftsteller aber, so viel mir wissend, haben eigentlich nicht Urkunden sammlen wollen, wenigstens sind sie von keiner Wichtigkeit.

Digitized by Google

Da ich nun einen ziemlichen Vorrath derselben besitze, so theils selbst von den Originalien mit aller möglichen Accurateſſe abgeschrieben, theils aber von guten Freunden geneigt communicirt erhalten; so habe solche nicht länger der gelehrten Welt vorenthalten wollen.

Mein Vorsatz ist also nicht allein, alle und jede Documenta, so zur Erläuterung so wohl der geistlichen und weltlichen, als auch der gelehrten Historie der Mark dienen können, heraus zu geben, sondern auch alte Chroniken, Fragmenta historica, alte Briefe, Nachrichten von adelichen Familien, so theils ausgestorben, theils aber noch leben, Geographica, sonderlich e medio ævo, und andere Nachrichten

Digitized by Google

richten mehr zu inseriren, und, wo ich es nöthig finde, mit einigen Anmerkungen zu begleiten. Wollen auch gute Gönner und Liebhaber der Märkischen Geschichte mir historische Nachrichten, so diesem meinen Vorsatz gemäß, zuschicken, so werde nicht ermangeln, solche unter ihren Namen gehörig zu inseriren. Und da ich wegen meiner andern Geschäfte mich bey der Herausgabe an keine gewisse Zeit binden kann, so vermeyne doch wenigstens alle Jahr einen Theil zu liefern.

Der Titel *Fragmenta*, so ich dieser Sammlung gegeben, wird sich selbst legitimiren, da sie nichts anders, als einzelne, und aus vielen Unglücksfällen noch übrig gebliebene Stücke gleich-

gleichsam e naufragio gerettet, in sich hält. Ich werde mich auch, so viel als möglich, bemühen, daß keine Urkunde, so vielleicht schon einmal in andern Sammlungen oder historischen Nachrichten eingerücket, wie **Leuckfeld** und andere gethan, nochmals abdrucken lasse. Es müßte denn seyn, daß die schon gedruckte nicht accurat, und ich etwa nach dem Original, oder sonsten, eine richtigere Abschrift beybringen könnte. Jedoch will mich auch hiebey der Worte des berühmten Historici S. F. HAHNII *in Præfat. Tom. I. Collection. Monument. veter.* bedienen: *Reliquas chartas omnes nulla prorsus excepta a me nunc primum edi spero quidem et credo, asseuerantius tamen dicere et confidentius affirmare vix audeo.*

In

Digitized by Google

In tam immenſa copia documentorum enim partim publice proſtantium, partim adhuc latentium ſingula ita in numerato habere, ut, quid editum quidue ineditum ſit, extemplo indicare, uno ſtatim obtutu prævidere ſineque haeſitatione et ſine ulla oppoſiti formidine judicare poſſis, id divinitatis profecto magis quam humanitatis foret.

Giebt Gott Leben, Geſundheit und Muße, ſo werde mich bemühen, die Geſchichte des Biſchoffthums Brandenburg und das Leben Marggraf Albrecht des Bären vollends auszuarbeiten. Uebrigens erſuche alle Gönner und Freunde der Märkiſchen Geſchichte um einen geneigten

ten Beytrag. Sie werden sich dadurch nicht allein der Historie unsers Vaterlandes, sondern auch mir selbst sehr verbindlich machen; und ich werde niemals ermangeln, den gütigen Beytrag zu rühmen, und wem ich es zu danken, getreülich anzuzeigen. Gegeben Wollenrade, im Febr. 1754.

AVER-

Digitized by Google

AVERTISSEMENT.

Während der Zeit, daß diese Sammlung bey dem Herrn Verleger zum Druck parat gelegen, ist des Herrn Hofrath LENZEN Ister und IIter Theil Brandenburgischer Urkunden herausgekommen. In selbigen wird der geneigte Leser nun zwar verschiedene Documenta finden, so auch in meiner Sammlung befindlich, weil sie aber zum Theil nicht accurat genug ediret, und ich meine mehrentheils von den Originalien sorgfältig selbst abgeschrieben; so habe für unbillig gehalten, selbige, da sie einmal dieser Sammlung inseriret waren, wieder heraus zu lassen. Es wird ein jeder bey genauer Zusammenhaltung selbst finden, daß bey den Urkunden, wo ich ex Orig. beygesetzet, sich vieler Unterschied äußern wird, welches vermuthlich daher rühret, daß dem *Herrn* Hofrath LENTZEN keine accurate Abschriften zugesandt worden. Diejenige

jenige, so ex Codice Gundlingiano beygebracht, werden ebenfalls etwas differiren. Indessen hat der Herr Hofrath durch Edirung dieser II Theile märkischer Urkunden sich bey der Brandenburgischen Historie unsterblich verdient gemacht, und wäre zu wünschen, daß er ferner damit continuiren möchte. Wollenrade im August A. 1754.

I. HER-

Digitized by Google

I.

HERMANNVS,

EPISCOPVS VERDENSIS,

Fundationem Eccleſiae & Conuentus in Diſtorp confirmat A. 1161.

Ex Origin. membr.

IN NOMINE SANCTAE ET INDIVIDVAE TRINITATIS HERMANNVS DIVINA ORDINANTE MISERICORDIA FARDENSIS AECCLESIAE EPISCOPVS (a). Nouerit omnium fidelium Chriſti tam præ-

(a) Es ſtehet zwar dieſer Fundationsbrief ſchon bey dem LVDEVIG Tom. IX. Reliq. p. 497. weil ich aber ſolchen ex Originali Archiui Diſtorpienſis habe abſchreiben können, auch die Ludevigiſche Abſchrift in einigen Stücken nicht accurat gefunden, ſo habe nicht umhin können denſelben als einen von unſern Altmärkiſchen Original-Documenten mit, nochmalen accurat zu ediren, und was im LVDEVIG unrecht abgedrucket, anzumerken.

Digitized by Google

præſentis quam futuri temporis induſtria quod *Hermannus Comes Odhelrici comitis de Wertbeke* filius pro remedio animae ſuae ſuorumque parentum in fundo terrae ſuae quae nunc *inſula* ſanctae Mariae vocatur libere deo et b. Mariae obtulit & ibi canonem (b) et incluſas moniales (c) ſub regula Auguſtini deo et beatae Mariae ſeruire inſtituit. Quo quidam venerabilis frater *Yſo* adueniens vt aeternam ſui nominis memoriam apud deum conderet in eodem dicto agro nocte et die laborauit et proprio labore fideliumque oblatione adiutus hanc eccleſiam deo cooperante conſummauit. Praedictus quoque (d) comes VII manſos haereditatis ſuae conceſſione haeredum ſuorum eidem aeccleſiae libere contradidit ea ratione vt ipſe ſuusque filius, vel ſi filii defuerint quicunque ſenior in cognatione eſſet defenſor & aduocatus eiusdem aeccleſiae vocaretur et eſſet. Nos vero eiusdem comitis et predicti fratris peticionibus acquieſcentes eandem aeccleſiam in honorem ſanctae crucis

(b) LVDEVIG *canonice.*

(c) *Incluſae Dominae* oder *Moniales* waren ſolche Perſonen, die ſich in verſchloſſenen Cellen in denen Mönchsklöſtern durch den Probſt oder Prälaten deſſelben Kloſters einſchließen ließen, jedoch auf dieſe Condition nicht eher aus dieſe verſchloſſene Cellen zu gehen als es die höchſte Noth erforderte, und mußten ſie ſich erſt vorher ſcharf examiniren laſſen, ob ſie auch dieſe harte Lebensart ausſtehen konnten. Sie werden auch ſonſten Recluſae genannt. Confer. du FRESNE *in Gloſſar. ſub voce Incluſae.* Doc. de A. 1263. *ap.* STAPHORST *in der Hamburg. Kirchen-Hiſt. Tom. II. p. 38.*

(d) LVDEV. *ergo.*

Digitized by Google

cis et beatae Mariae IIII idus Decembris consecrauimus, et ut auditoribus diuini officii non careret villa (e) *distthorp* pro recompensatione unius mansi mater aecclesiae duret (f) et VIII villas videlicet *berchmere*, *berchmere* (g), *abbanthorp*, *varenthorp*, *pychenusen*, *ellenbeke*, *watekoten*, *budenstede*, *quarum incolae adhuc Sclaui erant* eidem aecclesiae contradidimus. Ipsos etiam canonicos ibidem seruientes permissione fundationis liberam electionem in substituendo prælato habere decreuimus, et ut nulla persona spiritualis siue sæcularis super eosdem deo ibi seruientes nisi solus spiritualis pater eorum potestatem et prælationem sibi usurpet (h) firmiter praecepimus. Et vt haec nostrae auctoritatis donatio stabiliter permaneat banno confirmamus et sigillo corroboramus.

Data Anno ab incarnatione domini M. C. LXI. Indict. VIIII (i) epacta XXII. Concurrente VI.

(e) LVDEV. *villam.*

(f) LVDEV. *matri ecclesiae dare.*

(g) LVD. hat nur einmal *Berchmere* gesetzet, allein es stehet in dem Originali würklich 2 mal, daß also gewiß 2 Dörfer *Berchmere* müssen gewesen seyn, weil auch sonsten die Anzahl der VIII benannten Dörfer nicht heraus kommt. Die wüste Feldmark so anjetzo *Berkemore* genennet wird, lieget nahe bey Distorff.

(h) LVDEV. *non solum sed palam eorum potestatem vel prælationem sibi usurpet.*

(i) LVDEV. *Indictione VII.* Es ist dieses falsch, nicht allein da es im Original die IX Indict. sondern auch nach der Zeitrechnung das 1161 Jahr die IXte Indict. ausmachet. *vid.* KOEHLERI *Directorium in Script. med. aeui p. 286.*

Digitized by Google

Anno Hermanni Episcopi XIII. regnante Fritherico Romanorum Imperatore (k).

* *

II.
ALBERTVS,

MARCHIO BRANDENBVRG.

Ecclesiae B. Nicolai in Stendal omnia a fratribus Ottone et Henrico donata confirmat eamque ab omnibus exactionibus Aduocatorum securam reddit. A. 1209.

Ex Codice Gundling.

In nomine sanctæ et indiuiduæ Trinitatis Albertus Dei gratia Brandenburgensis Marchio. Cum propter humanæ conditionis fragilitatem lapsu momentaneo terminabilem necesse sit imbecillitatem memoriæ perpetuitate scripturarum adiuvare, Notum esse volumus tam præsentibus quam post futuris

(k) Das Siegel an dieser Urkunde war auf dem Pergament so kreuzweise durchschnitten, nach damaliger Gewohnheit aufgedruckt gewesen, obwohl anjetzo nichts mehr als die vestigia davon zu sehen waren. HEINECCIVS *in Tr. de Sigillis p. 170.* hält davor, daß in Deutschland vor Kayſers Friderici I Tod die hangende Siegel nicht wären in Gebrauch gekommen, wie denn noch 1189 der hildesheimische Bischof Adelhogus sich eines Sigilli membranae innexi bedienet. Wer von den damaligen Gebrauch der hangenden und aufgedruckten Siegel mehrere Nachricht verlanget, wird solche l. c. finden.

Digitized by Google

turis quod nos ſuperni amoris accenſi deſiderio ob ſpem retribucionis æternæ circa eccleſiam B. Nicolai *Stendaliæ* affectu piæ deuotionis excitati de *Stendale* de *Schimne*, de *Elueboje* ac *Rengirslage* omnes eccleſias *Garlipp* et *Scaulitz* villas cum omnibus pertinentiis ſuis duo talenta ac IX ſolidos de cenſu arearum in *Stendale* et tria talenta de domo mercatorum videlicet de ſumma totius penſionis prima deducenda. Sex agrorum jugera extra foſſatum et totidem in *Rengirslage* areas quasdam pia fidelium liberalitate collatas villam *Rokinze* cum molendino, IV manſos in *Schadewachten*, duos in *Rewinkele*, duos in *Bellingen*, duos in *Eluebuje* duos in *Stenuelde* ac dimidium in *Germirslage* ac tres quadrantes in *Rengirslage*, VIII. ſolidos in *Sanne* manſum unum in *Kruſemarck* ac unum in *Nartſtede*, et villam *Berge* quæ ſola cum omnibus pertinentiis ſuis ad præpoſituram pertinet. Hæc omnia præmemorata fratrum noſtrorum beatæ memoriæ ſcilicet *Marchionis Ottonis ac Comitis Henrici* pia liberalitate cum conſenſu noſtro fuiſſe collata recognoſcimus et ſub tanta ſecuritate ac liberalitate poſſideri volumus ut nulli Aduocatorum aut Bedellorum aut villicorum aut quorumcunque officiatorum liceat unquam in villis vel in rebus ejusdem eccleſiæ cujuscunque exactionis incommodum facere vel aliqua grauaminis moleſtia perturbare, quia ex privilegiis ejusdem eccleſiæ jam pridem indultis et authenticatis nobis conſtitit ipſam hac immunitate gaudere debere. Canonici vero qui hujusmodi munificentiæ priuilegiis ſuper omnibus ſuis communiti ſunt deuotionis noſtræ non ingrati un-

animi conſenſu ſtatuerunt ſingulis Sabbathis misſam in honorem & memoriam glorioſæ Virginis Mariæ celebrare ni forte aliqua ſolennitate præpediantur in qua tamen Collectam pro nobis dicendam non omitti decreuerunt. Ne quis igitur hæredum noſtrorum vel ſucceſſorum in poſterum id auſu temerario præſumat infringere literarum noſtrarum ac ſigilli noſtri patrocinio confirmamus.

Teſtes autem qui aderant ſunt, Clerici *Theodoricus Decanus*, *Arnoldus Godofredus notarius*, *Helias Scholaſticus ejusdem eccleſiæ canonici*, *Bruno de Tangermünde plebanus*. Laici vero *Burchardus de Kokſtede*, *Burchardus de Bucholt*, *Albertus Schlichting Bodo de Ilburg*, *Gozwinus de Brandeitz*, *Heinricus pincerna* et *Arnoldus frater ejus Conradus ac Fridericus de Buch*, *Henricus de Storkoue*. Acta hæc ſunt Anno Dominicæ incarnationis M. CC. VIIII. *Calend. Jun. Tangermünde*.

* *

III.

COMITES DE SUERIN

conferunt

IV. manſos in Bernebeck monaſterio Diſtorp.

A. 1217.

Ex Cop. Antiq.

Vniuerſis ſcriptum hoc inſpicientibus *Hermannus* prepoſitus *Hamburgenſis*, *Günzelinus et Henricus Comites Suerinenſes* ſalutem & obſequium. Quoniam facta hominum cum tempore tranſeunt

et

Digitized by Google

et mutantur, idcirco facta eorum noticie posterorum per scripta authentica commendantur. Scire itaque volumus omnium Christi fidelium tam presencium quam futurorum industriam, quod nos pro eterna remuneratione IV. mansos in *Bernebeke* proprietatis nostre cum omni jure quod habuimus in iis sancte Marie in *Distorp* ad perpetuum usum contulimus. Ne ergo in posterum super his aliqua dubitatio habeatur, vel memoria nostra in hoc facto deleatur, curavimus hanc firmius conscribi et sigillis nostris communiri. Testes H. aderant *clericus Bodesalus prepositus in Ebbestorpe*, *Rutegerus sacerdos in Boyzeneburg*, *Arnoldus sacerdos in villa*, *Hermannus Canonicus Suerinensis*, *Christianus Prepositus in Distorp*, *Laicus Wernerus Comes in Luchowe*, *Vlricus Comes in Luchowe*, *Henricus Comes in Luchowe*, *Waltherus de Boldensele*, *Bernardus de Berge*, *Tidericus de Wustrowe* (a), *Wipertus de Odendorpe*, *Bernardus de Suerin*, *Fridericus de Quiringhe*, *Leinboldus aduocatus*, *Helmricus de Todendor*, *Alexander de Versne* aliique plures. Acta sunt hec Anno Domini M°. CC°. XVII°. Indict. V. acta ap. *Maldesten* VI. Idus Jul.

(a) Das Geschlecht derer von Wustrou ist im XVI. Saeculo ausgestorben. Sie haben ansehnliche Güter im Lüneburgischen an der altmärkischen Gränze auch in der Gegend Salzwedel besessen, und das jetzige Flecken und Amt Wustrou ist ihr Sitz gewesen. Es sollen sich auch noch in der Stadt Salzwedel Gehölze nach Wustrou werts hin Rudera eines alten Schlosses zeigen, so derselben Raubschloß gewesen seyn soll. Ich werde bey Gelegenheit eine besondere Nachricht von diesem alten Geschlecht communiciren.

Digitized by Google

* *

IV.

OTTO und JOHANNES

Marggrafen zu Brandenburg

ſchencken der Stadt Werben die Vehr Gerechtigkeit uber die Elbe, ſo daſs zwiſchen Wittenberge und Werben keine Vehre ſoll gehalten werden. A. 1226.

Ex Cod. Gundling.

Johannes und *Otto* von Gotes Gnaden Marggreuen tho Brandenborg allen de deſe gegenwardige Schrifft beſchouen, heil, genade und alles Guth. Nachdem dat alle ding die in Schriften begrepen und beſtadiget werden nicht lichtliken uth der Menſchen gedancken mogen fallen, ſo thun wie witliken allen denen de deſen gegenwardigen breef anſehen oder hören leſen, dat wy hebben angeſehen den treuen dienſt unſer leuen getreuen Rathmannen und der Meinen burger unſer *Stadt Werben* den ſe uns vaken (a) und mengwerf mit gudem willen bewieſet hebben, und hebben darumme erkannt ere Gebreken und mangerhande Vngemack, dat wy er um eres getreuen Denſtes willen gnedigliken mit unſer hulpe willen belohnen - - - . Vnd wie geuen öhme dorch beteringe und befeſtinge unſer ehrgenanten Stadt de *Schepvehre* de wie

(a) *Vaken* iſt ein in plattdeutſchen Documentis öfters vorkommendes Wort, und bedeutet ſo viel als ofte.

Digitized by Google

wie wente (b) an dusſen hutigen dagh gehadt hebben vor *Werben* mit aller nutz und frucht die davon kommen mag in thokamenden tyden ewichliken by der Stadt tho *Werben* tho bliuende mit aller friheit und Rechtigheit, da wie deſulue Vehre in gefunden und alduslang in beſeten hebben.

Wie willen ock ernſtliken vorbeden mit kraft dieſes breſes, *dat nemand Schepvehre inheuen eſte holden ſchall uppe' der Elue twiſchen Werben und Wittenberge den allene mit den kahnen darinnen noch wagen noch Perde mit Schepen eſte fahren moge.* Ock geuen wy und vorlaten desſe vorgeſchreuene Stadt tho *Werben* und den meinen borgem darinne alle de güther als uns frei und losſ ſint geworden bey der *Elue* und an der *Hauel* an beiden Steden in ackern, in wieſen, an holten, an werdern, an fiſcherien uppe der *Elue* und uppe der *Hauel* und in den kleinen wateren eſte Seen die dabey gelegen ſind gegen der Stadt mit aller nutz und frucht de daruon kommen kann. Vnde ſonderliken geuen wy öhme tho ener ewigen weide die Merſche mit andern feldern die twiſchen der *Elue* und der Stadt tho *Werben* bylancks dem Dyke bauen und benedden der Stadt gelegen ſyn, und beſtedigen alle desſe vorgeſchreuene Gudere ſo genzliken unde vollenkomeliken by unſer Stadt tho *Werben* ewickliken tho bliuen mit aller friheit und richtigheit hogeſt und ſideſt ſunder allerlei bekummeringe und hindernisſ, alſo dat wy und alle unſe nakomelinghe in dem Furſtendohm der Marcke tho Brandenborg dar nenerlei Gerechtig-

 heit

(b) *Wente* i. e. bis.

Digitized by Google

heit efte eigen mehr an beholden. -- Tügen desſer ſtucke ſin *de veſten Lüde*, *Hinrick Schencke*, *Diderick und Henrick Broder genandt von Oſterborg*, *Geuert von Belitz*, *Gotswin von Boitzenborg*, *Albrecht von Niendorp*, *Geuerth unſe Vogt tho Soltwedel*, *Held von Angern*, *Albrecht Falcken*, *Johannes und Allarth geheten Gänſe* und mehr ehrbare Lüde de louenwerdig ſin. Tho mehren veſten und euigen betugniſ derſeluen ſtucke, dat ſie vor uns und allen unſern nakomelingen ewickliken ſtete unde veſte gehalten werden, hebben wie desſen breef gefeſtet mit unſern anhangenden Inſiegel, de gegeuen is tho *Hauelberg* nha Godes borth *duſent twehundert Jahr in dem ſös und twintigſten Jahr in dem dritteynden daghe nah der Wynachten* (c).

* *

V.

OTTO,

MARCHIO BRANDENB.

confirmat venditionem VII. manſorum in Nortſtede a fratribus Vaken canonicis Stendalienſ. factam A. 1247.

Ex Codice Gundling.

In nomine ſancte et individue Trinitatis *Otto* dei gratia Marchio Brandenburgenſis omnibus in perpetuum. Vtili de cauſa prouiſum eſt et neceſſario

(c) Dieſes iſt vermuthlich eine Ueberſetzung aus dem XIV. Jahrhundert.

Digitized by Google

ſario adinuentum ut ſuper commutationibus ſeu exemtionibus inſtrumenta conficiantur authentica quibus cum opportunum fuerit dubii queſtio de medio tollatur et veritas comprobetur. Hinc etenim deuotis nobis ac dilectis *Stendalienſis* eccleſie canonicis in emtione ſua preſenti cauere etiam futuris temporibus cupientes tam preſentibus quam futuris Chriſti fidelibus preſenti pagina declaramus, quod quidam fideles noſtri *Albertus* et *Conradus fratres dicti Vaken* milites prefatis *Stendalienſis* eccleſie canonicis de noſtro beneplacito pariter et conſenſu vendiderunt pro LX marcis argenti de proprietate ſua quam habebant in villa *Nortſtede* (a) VII. manſos proprietatis titulo pariter cum aduocatia ſicut et ipſi fideles noſtri eosdem manſos habebant, ab ipſa eccleſia in antea perpetuo poſſidendas. De quibus videlicet VII. manſis ſeptimo ipſorum inter Cotſatos diuiſo ſoluuntur annuatim VII. chori ſiliginis, VI. ſexagene ouorum et duo ſexagene pullorum inſuper et talentum unum denariorum in cenſu. Ne igitur ſuper hac emtione ſimul et aſſenſu noſtro cauilloſa queat proceſſu temporis rimula inueniri preſentem paginam ſuper eo conſcriptam ſigilli noſtri fecimus appenſionibus inſigniri. Nos ipſos in hujus facti teſtimonium trahentes una cum fidelibus noſtris *Wilkino de Tornoue*, *Gerhardo de Kerkon*, *Waſmodo de Akelingen*, *Alberto de Bentuelde Bernardo de Worſte*, *Johanne de Luderitz Alberone et Walthero*

(a) *Nordſtede* iſt das jetzige Dorf *Narſtede*, ſo ohngefehr eine Meile von Stendal liegt.

Digitized by Google

thero curie noſtre Marſchalcis militibus, Johanne dicto de Vngelingen tunc aduocato in Tangermünde Johanne et Henrico curie noſtre notariis et aliis quam pluribus tunc preſentibus. Acta in *Arneburg* Anno incarnationis dominice M. CC. XLVII. pridie Kalend. Octobr. V. Indict.

* *

VI.
JOHANNES,
MARCHIO BRANDENB.

ciuitati Brandenburg villas quasdam confert,

A. 1249.

Ex Orig. Archiu. Brand.

IN NOMINE SANCTAE ET INDIVIDVAE TRINITATIS. *Johannes* Dei gratia Brandeburgenſis Marchio omnibus in perpetuum. Temporum mobilitas et humanæ memoriæ inſtabilitas exigit et requirit ut ad notitiam poſterorum geſta præcedentium ſcriptis authenticis commiſſa commaneant, ne per obliuionem quæ inimica ſolet eſſe poſteritatis argumenta veritatis obtenebrentur, et dubii quæſtio generetur. Proinde notum eſſe volumus tam præſentibus quam futuris Chriſti fidelibus univerſis, quod nos utilitati et commodo antiquæ civitatis noſtræ *Brandeburg* intendentes, eidem villas *Lukkenberg Bleſendorp* et montem qui *Callenberch* appellatur et dicitur

tur cum universis appendiciis, pratis, pascuis siue aquis eisdem villis attinentibus seque per directum usque in stagnum *Quentz* prætendentibus adjecimus et contulimus titulo perpetuo et nomine possidendas, Volentes ut earundem villarum incolæ qui pro tempore extiterint in eisdem jura siue Consuetudines ejusdem civitatis universaliter teneant et obseruent, nihil nobis in prædictis villis præterquam nostra judicia et pheodalia et locum qui *Kitz* dicitur cum suis attinentiis reseruantes. Vt autem hæc nostra Collatio stabilis et immutabilis futuris temporibus perseueret præsentem paginam conscribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari. Hujus rei testes sunt *Borchardus de Velewantz Gerardus de Kerkau*, *Petrus Aduocatus*, *Walterus de Brugge*, *Thidericus de Berckholt*, *Fridericus de Mordiz* milites et alii quam plures. Datum per manum Heydenrici Notarii anno Domini M°. CC°. XLIX°. XIV Calendas Julii.

* *

VII.

JOHANNES ET OTTO

MARCHIONES BRANDENB.

jus patronatus parochiae ecclesiae Brandenburgensi conferunt. A. 1255.

Ex Orig. Arch. Brand.

IN NOMINE SANCTAE ET INDIVIDVAE TRINITATIS. *Johannes* et *Otto* Dei gratiæ Brandenburgenses Marchiones omnibus in

in perpetuum. Licet omnis actio quæ ratione nititur et titulis juſtitiæ inſignitur perpetuae validitatis robore ſit firmanda, ea tamen potiſſime quæ in ſui natura nihil continet terrenorum numero ſpecialiter deputata eſt uſibus Jeſu Chriſti hoc eſt in miniſterium in ſancto religionis propoſito famulantium Jheſu Chriſto auctoritate principali ratam et rationabilem eſſe decet, et ſicut juſte et debite concepta fuerit atque facta, ſic ſit decenter ac utiliter ad euitandam contradictionem in poſterum ſcriptis authenticis confirmanda. Proinde notum eſſe volumus tam preſentibus quam futuris Chriſti fidelibus univerſis, quod nos piis Patris noſtri memoriæ recolendæ veſtigiis inhærentes ob ſpem ſalutis et gratiæ promerendæ collationem in parochia de *Cotſin* ab eodem patre noſtro eccleſiæ Beati Petri Apoſtolorum principis in *Brandenburch* olim factam nunc de maturo fidelium noſtrorum conſilio duximus innovandam conferentes ipſam parochiam dictæ eccleſiæ cum omni juris plenitudine proprietatis titulo perpetuo poſſidendam. Huic etenim parochiæ duos manſos et aream in oppido *Cotſin* nomine dotis, et parochiam de *Klebeloc* ſimpliciter cum duobus manſis adjecimus, parochiam quoque de *Middenwalde* et Archidiaconatum *Copenio* et *Middenwalde* attinentem, quem ſiquidem *Archidiaconatum cum parochia Middenwalde* is qui pro tempore Brandenburgenſis eccleſiæ fuerit prepoſitus a nobis recipiet, ut ſpecialis noſter exinde Capellanus et re et nomine dici poſſit. Pro ejusmodi igitur beneficiis dictæ eccleſiæ a noſtra liberalitate pie collatis ejusdem eccleſiæ fratres in laudem

Digitized by Google

dem et gloriam nominis Jheſu Chriſti ac glorioſiſſimæ matris ejus dicent pro noſtra et heredum noſtrorum incolumitate et ſalute ſpecialiter diebus ſingulis unam misſam et in noſtro obitu et in ſingulis noſtris anniverſariis perpetuo in elemoſina annis ſingulis dimidium chorum dabunt, ut Deus omnipotens ob earundem elemoſinarum et dictorum fratrum orationum ſuffragia noſtri miſeratus peccatorum noſtrorum indulgentiam largiatur. Vt autem hæc noſtra donatio fratribus Deo in eadem eccleſia famulantibus fiat quo ad temporale ſubſidium fructuoſa, et ne etiam ab aliquibus ſucceſſoribus immutari valeat, vel infringi præſentem paginam conſcribi fecimus et ſigillorum noſtrorum munimine roborari. Acta ſunt hæc *Liewenwalde* preſente venerabili Domino *Ottone Brandenburgenſis eccleſiæ Epiſcopo* præſentibus etiam *petro Brandenburgenſi præpoſito*, *magiſtro Thiderico de Nendorp*, *Wernero Archidiacono de Luchowe*, *Gerhardo de Kerkowe*, *Johanne Gans*, *Henrico Pincerna Alberone Marſcalco*, *Henrico de Snetlinge* et aliis quam pluribus. Datum per manum *Heydenrici* Capellani noſtri anno domini M°. CC°. LV°. quinto Idus Decembris.

VIII.

* *

VIII.
JOHANNES
MARCHIO BRANDENB.

ciuitati Landsberg priuilegium de depoſitione mercium Niederlage dat. A. 1256.

Ex Cod. Gundling.

Nos *Johannes* Dei gratia Brandenburg. Marchio recognoſcimus et literis preſentibus publice proteſtamur quod commodo et utilitati dilectorum Burgenſium noſtrorum de *Landsberge* modis quibus poſſumus intendentes *depoſitionem mercium* que vulgariter *Niederlage* nuncupatur ipſis et apud civitatem predictam fieri permittimus eum hoc una cum Schulteto civitatis memorate et hominibus in ea degentibus viderimus expedire dantes ipſis in teſtimonium ut hoc fiat preſentes noſtras literas ſigilli noſtri munimine roboratas. Actum *Stolpe* A. D. M.CC.LVI. preſentibus *Henrico pincerna de Spandoue*, *Henrico de Snetlinge*, *Henrico de Werbene* et *Henrico de Thenis et Heidenrico* curie noſtre Capellano.

Digitized by Google

* *

IX.
HERMANNVS
DE REPENTIN
consentit in donationem VIII. mansorum a fratre monasterio Stepenitz factam.
A. 1271.

Ex Cod. Gundling.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis Amen. *Hermannus dictus de Repentin* omnibus hanc presentem paginam inspecturis salutem in vero salutari. Euanescunt tempore que geruntur in tempore nisi vocibus testium aut scripti memoria recipiant firmamentum. Igitur scire cupio universos ad quos presens scriptum peruenerit quod Germanus meus Dominus *Johannes de Snakenburg* contulit pro anima uxoris sue sanctimonialibus in Riuo sancte Marie qui dicitur *Stepenitz* domino devote seruientibus me consentiente III. mansos in villa cui vocabulum est *Kreie* ut ex uno habeant LVIII ex aliis II. redditus frumenti vel denariorum. Item vendidit tres mansos ecclesie pro triginta octo Marcis. Cum agonizauit dedit duos mansos pro peccatis suis uxore sua *Herburge* consentiente. Istos octo mansos vendidit et contulit ecclesie supradicte cum omni jure quod in eis habuit vel habere potuit. Hec autem bona data & venundata sicut ipse dominus *Johannes* dedit et vendidit condono et redono et ratum habeo nullam reclamationem de cetero habiturus

Digitized by Google

biturus ex ipsis nec aliquis heredum meorum vel ipsius fratris mei vel filii filiorum utriusque nostrum ut proinde memoria tam mei quam sui devote agatur. Vt autem ratum et firmatum hoc donum permaneat presentem paginam sigilli nostri munimine roborari adhibitis testibus idoneis qui tunc presentes erant, quorum nomina sunt. *Johannes Gans de Wittenberge* (a), *Johannes de Jachoue*, *Johannes de Cummelosen*, *Rudolfus et Hermannus Hunger fratres*, *Reinoldus de Karstede Bertholdus de Quitsoae* et alii quam plures. Datum in *Witzstock* in presentia domini *Henrici Hauelbergensis Episcopi* et *Johannis prepositi in Rivo sancte Marie* (b) anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo septuagesimo primo, secundo Nonar. Aprilis.

X. HEIN-

(a) i. e. Johannes Gans Freiherr von Putlitz, so noch anjetzo das Städtchen Wittenberge besitzen.

(b) Nemlich des Klosters Stepenitz. Dieses Kloster ist A. 1256 von Herrn Johann Gans von Putlitz gestiftet, und haben es hernach Otto und Günzel von Putlitz mit vielen Einkünften vermehret, auch haben einige Grafen von Schwerin vieles dazu geschenket. Anjetzo finden 6 adliche Fräuleins ihren Unterhalt darinn. *vid.* GVNDLING *in Brandenb. Atlante p. 131.*

Aus diesem Document wird auch die Meinung derjenigen bestärket, so dafür halten, daß die nobiles in medio ævo mehrentheils ihre nachmalige Geschlechts-Namen von den Gütern und ihren Sitzen angenommen. Herrmann von Repentin nennet hier ausdrücklich seinen Bruder Johannem de Snakenburg, welcher also zu Snakenburg vermuthlich seinen Sitz gehabt, und also daher den Namen angenommen.

Digitized by Google

* *

X.

HEINRICVS

EPISCOPVS BRANDENB.

decimam in Langwitz monaſterio Monialium in Spandowe confert. A. 1265.

Ex Orig. membr.

Heinricus Dei gratia Brandenburgenſis Epiſcopus omnibus in perpetuum. Quoniam que geruntur in tempore ſuperveniente dierum longitudine ab humana ſolent dilabi memoria expedit illa de quorum oblivione oriri confuſio litterarum

men. Das Wapen aber pfleget öfters gleich geblieben zu ſeyn, wenigſtens in den meiſten Stücken, obgleich der Name verändert worden und hernach eine ganz beſondere Familie daraus entſtanden. Wie man denn jetzo ganz verſchiedene Familien findet, ſo einerley Wapen haben, und von welchen ich glaube, daß die meiſten (bey vielen iſt es auch wohl caſu gekommen, daß ſie einerley Wapen haben) derſelben in medio ævo von einem Stamm hergekommen, nachhero aber durch die Länge der Zeit oder andere Zufälle ihre Verwandſchaft verloren und alſo ganz ſeparate Geſchlechter geworden. Ich könnte davon verſchiedene Exempel beybringen, und dabey ſonderlich zeigen, was dieſer Umſtand in den ältern Zeiten in Genealogicis für Unordnung mache, allein es iſt hier der Ort nicht. Confer. Herrn *Georg Albrecht* SCHWARZENS *Pommerſche Lehens hiſtorie p. 136 ſeq* wo er von dieſer Materie ſehr gründlich mit mehrerm handelt.

indiciis eternare. Volumus ergo ad preſentium et futurorum noticiam pervenire, quod nos requiſito. noſtri capituli conſenſu pariter et obtento totam decimam eccleſie in *Lanchwitz* ad jus Patronatus eccleſie ancillarum Chriſti ſpectantis in *Spandowe* ad ipſarum menſam que tenuis eſt libere contulimus propter deum reſervatis ſacerdoti qui pro tempore fuit inſtituendus oblationibus ſuis et tam de manſis quam de decima annone cuilibet VIII. choris. Et ut hoc firmum et ſtabile permaneat et a nullo impoſterum valeat infirmari preſens ſcriptum ſcribi fecimus et ſigilli noſtri appenſione una cum ſigillo noſtri capituli roborari. Adhibitis teſtibus idoneis quorum nomina ſunt hec. *Lambertus prepoſitus. Johannes Prior Johannes Cellarius Wernerus Camerarius Canonici Brandenburgenſes Jacobus Prepoſitus in Spandowe Theodericus prepoſitus in berlin Hermannus de Bizdale Gernotus de Berlin Lodewicus de Roſenvelde Walterus de Jetze plebani* et alii quamplures tam clerici quam laici. Datum *Spandowe* anno Domini M CC LXV. IIII Non. Aprilis Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Digitized by Google

* *

XI.

OTTO ET ALBERTVS

MARCHIONES BRANDENB.

villam Zachowe eccleſiae Brandenb. vendunt.

A. 1272.

Ex Orig. Arch. Brand.

IN NOMINE SANCTAE ET INDIVIDVAE TRINITATIS AMEN. *Otto* et *Albertus* Dei gratia fratres Marchiones Brandenburg. omnibus in perpetuum. Cum hominis vita breuis, tempus vero longum exiſtat, et oblivio per ſucceſſionem temporis hominum excludat memoriam, niſi ea legitime acta ſunt ſcriptis authenticis et ſigillorum impreſſionibus roborentur. Notum eſſe volumus atteſtatione preſentium univerſis, nos villam *Zachowe* cum ſuis terminis diſtinctionibus, *pacta* (a) cenſu, aquis, aquarumque decurſibus, piſcationibus, pratis, paſcuis, lignis, mericis terris cultis pariter et incultis, aduocatiis et generaliter omnia attinentia dicte ville que cives ibidem uſque ad hæc tempora pacifice poſſederunt et quiete, Brandenburgenſi eccleſiæ pro certa ſumma pecuniæ vendidiſſe, nihil juris in dicta villa retinendo. Proprietatem nihilominus omnium ſupradictorum et univerſa et ſingula Brandenb. eccleſiæ permaneant ſalua, eodem modo aſſignantes, et

(a) Pacht.

Digitized by Google

Dominum *Petrum præpoſitum* nomine ſuæ eccleſiæ per nuncium noſtrum in poſſeſſionem dictæ villæ induci fecimus corporalem, bonis memoratæ villæ noſtro et *Ottonis* junioris fratris noſtri nomine utpote ipſius veri et legitimi tutores per omnia renunciando. Ita quod in poſterum nec advocatus nec Bedelli de mandato noſtro ac hæredum noſtrorum a nobis directa linea deſcendentium aliquod genus exactionis petitionis vel ſeruitii ab inhabitatoribus dictæ villæ exigant vel ullatenus requirant. Recognoſcentes eandem ſummam nobis integraliter perſolutam ac legitime noſtris uſibus eſſe applicatam. Ne autem hoc factum in poſterum aut oblivio aut importunitas malignantium infringat, ſed ut predicta omnia inviolabiliter obſeruentur, ac etiam deducantur ſine omni prorogatione ac immutatione affectuoſius in effectum, preſentem paginam ex certa noſtra ſcientia conſcriptam eccleſiæ Brandenburg. dari fecimus in teſtimonium, ſigillorum noſtrorum munimine roboratam, appoſitis nihilominus teſtibus idoneis quorum nomina ſunt hæc. Fratres *Anno* et *Hinricus* ordinis prædicatorum, fratres de domo *Struenbergh*, *Genchardus miles de Aluensleue*, *Conradus miles dictus de Stendal*, *Hermannus miles dictus de Carpzoue* qui memoratum prepoſitum in dictæ villæ nomine noſtro induxit poſſeſſionem corporalem Hinricus plebanus in *Arneborch*, et alii quam plures. Datum et actum in *Arneborch* anno domini M°. CC°. LXXII°. IV. Non. Septemb.

Digitized by Google

* *

XII.

JOHANNES OTTO ET CONRADVS

MARCHIONES BRANDENBVRGENSES

conferunt cenſum de L. manſis ciuitati Brandenburg. A. 1275.

Ex Orig. Arch. Brand.

IN NOMINE SANCTAE ET INDIVIDVAE TRINITATIS AMEN. *Johannes Otto* et *Conradus* Dei grátia Marchiones Brandenburgenſes omnibus in perpetuum. Quoniam quidem cum ea quæ geruntur in humanæ fluctuationis tempore momentaneo curſu evaneſcunt cum temporis ſucceſſione de hominum . . . . . quanquam etiam fructibus ac laudibus uberius pretitutulatis de facili emergit dura calumniæ nota niſi cauſa memoriæ oblivionis ſcrupulus per ſcripti memoriam auferatur. Et licet omnibus inhabitatoribus noſtri principatus ad benefaciendum et commodum omne ordinandum ſimus debitores, quinimo præcipue illis tenemur benefacere quorum apud nos ſunt virtuoſi affectus honeſtatis et veræ fidei experimenta comprobata. Notum igitur eſſe volumus tam præſentibus quam futuris quod nos habito reſpectu honeſtatis ac roboratæ fidelitatis di-

Digitized by Google

lectorum noſtrorum videlicet incolarum veteris civitatis noſtræ *Brandenburg* contulimus omnem cenſum prouenientem de L. manſis tam nouis quam veteribus eidem civitati adjacentibus recipiendum ac ad uſus ſuos perpetuo poſſidendum. Vt autem hæc noſtræ concesſionis donatio a nobis et a noſtris heredibus ac poſteris rata et immutabilis perpetuo perſeueret obſeruata præſentem paginam conſcribi juſſimus et ſigillorum noſtrorum appoſitione fecimus roborari. Datum apud *Rathenou in arboreto ſcilicet in horto ferarum quod vulgariter dicitur Dihrgarthen juxta ſtagnum.* Anno incarnationis domini M°. CC°. LXXV°. Kalend. Septembr. Indict. III. Epacta XXII. Concurrente I. in die B. Egidii Abbatis et Confeſſoris.

* *

XIII.

OTTO ET ALBERTVS

MARCHIONES BRANDENB.

monaſterio Diſtorp varia ex villa Malſtorp donant. A. 1279.

Ex Cod. Gundl.

In nomine domini amen. Varietas temporum, multitudo tractatuum adeo noſtram infirmat memoriam ut neceſſe ſit quod adjuvetur voce teſtium et teſtimonio literarum. Hinc eſt igitur quod nos *Otto et Albertus* Dei gratia Marchiones Brandenburgenſes

Digitized by Google

burgenſes notum facimus tenore preſentium perpetuo proteſtantes, quod ob reuerentiam omnipotentis Dei ejusque intemerate virginis Marie Conuentui Sanctimonialium in *Diſtorp* proprietatem X. chororum de villa *Malſtorp* annuatim prouenientium inſuper et medietatem advocatie trium curiarum et VI. Cotſatorum ibidem ſitorum damus et donamus perpetuo poſſidendam. Vt igitur hec noſtra donatio per nos noſtrosque ſucceſſores perpetuo immutabilis perſeueret nec ab aliquibus violari valeat vel infringi preſentes literas deſuper conſcribi fecimus et ſigillorum ſuffragio communiri, adhibitis nihilominus teſtibus infra ſcriptis ut domino *Bartholdo in Saltwedel prepoſito*, *Bernardo de Strele*, *Arnoldo de Pagedy*, *Johanne de Stendal*, *Johanne de Krakou*, *Henrico Mynner*, *Johanne de Buch* et aliis quam pluribus noſtris fidelibus et vaſallis. Datum *Borch* per manum Bruningi notarii noſtri anno dominice incarnationis M. CC. LXXIX. Prid. Nonar. Nouembr.

Digitized by Google

* *

XIV.

JOHANNES OTTO ET CONRADVS,

MARCHIONES BRANDENBVRGENSES,

villam Wuſterburch ciuitati Stendal conferunt. A. 1281.

Ex Codice Gundling.

In nomine domini amen. *Johannes Otto* et *Conradus* dei gratia Marchiones Brandenburgenſes omnibus preſentem paginam noſtram viſuris aut audituris ſalutem in domino ſempiternam. Scimus quia inſtabilis eſt vita hominum ſuper terram, et non eſt niſi quedam ſerenitas hiemalis que nunc leta triſtibus immiſcet nunc letis etiam triſtia confundit et per diverſos ſucceſſus hominum perimuntur geſta fidelium. Quare decet et expedit ut fulciantur teſtibus et teſtimonio literarum. Hinc eſt quod univerſis chriſtiane fidei profeſſoribus volumus eſſe notum quod noſtre civitati *Stendale* et Burgenſibus inibi commorantibus contulimus villam (a) *Wuſterburch* ſub proprietatis titulo perpetuo poſſidendam cum agris lignis, paſcuis, paludi-

(a) Muß vermuthlich eine wüſte Feldmark ſeyn und vor dem Unglingiſchen Thor liegen.

Digitized by Google

ludibus et pratis, metis, et terminorum distinctionibus cum omni jure sicut nos possedimus et habuimus dictam villam. In eadem villa in campis et in metis ipsius ville nullus judicium habebit sed consules civitatis *Stendale* omnia judicanda judicabunt et summum judicium habebunt cum aliis juribus universis sicut nos habuimus in metis et distinctionibus dicte ville. Ne ergo super hujusmodi donationem ullum dubium oriatur sigillorum nostrorum appensionibus roboravimus presens scriptum. Actum *Stendale* presentibus pluribus ut *Comite Bernardo de Anhalt, domino Wernero de Hadmersleue, domino Conrado de Snetlingen tunc temporis aduocato, Willekino milite de Kerkou, Betekino de Husiz, domino Gerhardo de Wusterbusch, domino Nicolao de Esbeke, domino Adam preposito Stendalienſi, presentib9 etiam Arnoldo Flasmengero, Hojero de Mildenhouede, Godeschalco de Verchou, Conrado, Gisone, et Ghiseberto Schadewachten, Godino de Sladen, Johanne Storm, Conrado Berenger Johanne Clotone, Th. de Wegeleue, Zabelo sutore, Th. Stoppowe tunc temporis consulibus, Wezelino Hinrico de Rohez, Johanne de Thuriz, Wilhelmo de Morsan Gerdango Johanne de Brunswick* et *ceteris pluribus fide dignis.* Datum *Stendale* anno domini milleſimo ducenteſimo octuageſimo primo, in die Epiphanie per manum *Johannis de Gardelegen* noſtre curie notarii.

XV. Jo-

* *

XV.

JOHANNES OTTO ET CONRADVS,

MARCHIONES BRANDENBVRGENSES,

ratione precariæ ciuitati Stendal quædam injungunt. A. 1281.

Ex Orig. membr.

Omnibus has literas cernentibus *Johannes Otto* et *Conradus* dei gratia Marchiones Brandenburgenſes ſalutem in omnium ſaluatore. Recognoſcimus et literis preſentibus publice proteſtamur quod nos civitatem noſtram *Stendal* jusſimus firmiter obſeruare univerſa ac ſingula que cum vaſallis noſtris in Marchia nec non in aliis terris noſtris *Hauelberg* et *Hauelland* commanentibus placitavimus ratione precarie ſiue petitionis exactorie quam ipſis in predictis terris noſtris vendidimus, juxta quod civitas *Stendal* predicta vaſallis et terris premiſſis nec non vaſalli noſtri et terre preſcripte vice reciproca parere debeant ſecundum formam privilegiorum deſuper eis traditorum et confectorum. In cujus rei euidens teſtimonium et cautelam preſens ſcriptum fieri jusſimus et ſigillorum noſtrorum appenſionibus communiri. Datum *Tangermünde*

Digitized by Google

münde anno domini M. CC. LXXXI. IV. Id9 Septbr. per manum domini *Johannis de Cortum* prepoſiti in *Granzoje*.

* *

XVI.
ALBERTVS,

Præpoſitus monaſterii Sancti Spiritus extra muros Soltwedel

confirmat venditionem curiæ in Kricheldorp a monaſterio ſuo Philippo famulo factam.

A. 1290.

Ex origin. membr.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Ne temporales actus cum tempore per lapſum temporis euaneſcant, utile eſt ut aliquantum literarum teſtimoniis roborentur.

Hinc eſt quod nos *Albertus prouidentia divina prepoſitus* eccleſie ſancti ſpiritus extra muros in *Saltwedele* totiusque ejusdem eccleſie conuentus univerſis Chriſti fidelibus notum eſſe cupimus quod communi voluntate *Philippo famulo* curiam unam in villa *Krycheledorpe* cum omnibus ſuis attinenciis et unum *Corzatum* in eadem villa vendidimus quem ab omni ſeruitute liberamus et ſub nullius niſi ſub predicte eccleſie perpetuo dominio jure hereditatis perenniter poſſidebit tali tamen condicione interpoſita quod antedictus *Philippus* vel ſui heredes ſuo-

ſuorumque heredum ſucceſores eccleſie ſupradicte duos choros ſiliginis in perpetuum conferat annuatim. Teſtes hujus facti ſunt *Dominus Boldewinus de Kneſbeke*, *Dominus Bodo de Walſtoue milites*, *Henricus Perſeual*, *Johannes Burmeſter*, *Petrus de Holdenſtede burgenſes in Saltwedele* et alii fide digni.

Ne hujus rei oriatur obliuio hanc literam noſtri ſigilli munimine duximus roborandam. *Datum anno Domini M°. C°C°. LXXXX° in vigilia beati Johannis Baptiſte.*

* *

XVII.

OTTO ET CONRADVS,

MARCHIONES BRANDENB.

hoſpitali S. Spiritus Stendal. proprietatem unius chori donant. A. 1290.

Ex Cod. Gundling.

Otto et Conradus dei gratia Marchiones Brandenburgenſes omnibus in Chriſto fidelibus ad quos preſentes deueniunt litere in perpetuum. Nouerint univerſi quod nos ad laudem Dei et glorioſe virginis matris ejus Marie *Hoſpitali S. Spiritus in Stendal* proprietatem unius chori, quam filii *Ottonis militis de Stendal* dicti a nobis huc usque pheodaliter habuiſe dignoſcitur dicto hoſpitali donavimus poſſidendam in perpetuum pleno jure renunciantes ſimpliciter juri noſtro quod habuimus

ad

Digitized by Google

ad eandem. In hujus rei teſtimonium preſentes damus literas ſigillorum noſtrorum muniminibus roboratas. Teſtes qui huic donationi aderant ſunt hi, *dominus Johannes prepoſitus in VVitſtock*, *Dominus de Gardelege*, *Gerhardus de Kerkou*, *Henricus de VVardenberghe*, *Hermannus de Gardelege milites* et quam plures alii fide digni. Datum *Grantzoje* anno domini M. CC. LXXXX. in octaua Epiphanie per manum Domini *Bernardi* Curie notorii et Capellani.

* *

XVIII.

OTTO ET CONRADVS,

MARCHIONES BRANDENB.

ciuitati Brandenburch villam Brielou conferunt. A. 1290.

Ex Orig. Arch. Brand.

Otto et *Conradus* Dei gratia Marchiones Brandenburgenſes omnibus Chriſti fidelibus ad quos præſentes peruenerint ſalutem in perpetuum. Quoniam generatio tranſit et generatio advenit et ſuis ſpaciis prætereunt uniuerſa; Expedit geſta in tempore linguis teſtium et ſcriptis principum roborari. Hinc eſt quod notum eſſe volumus univerſis et ſingulis quod damus civitati noſtre antique *Brandeborch* in ſubſidium et juvamen proprietatem villæ *Brilow* cum omni jure quod in predicta villa habuimus jure civitatenſi in pacis tranquillitate.

tate perpetualiter posſidendam. Hujus rei teſtes ſunt milites noſtri *Dominus Conradus de Quitzow, Hyo de Konnigismarcke, VVichardus de VVuſterow, Albertus de VVenelinge* et noſter aduocatus ibidem tunc temporis *Henricus de Zegeſere* et alii quam plures fide digni. Vt autem hæc donatio noſtra in perpetuum firma ſit et ſtabilis has literas hinc inde confectas predicte ciuitati noſtre contulimus ſigillorum noſtrorum munimine roboratas. Actum *Sandow* anno domini M°. CC°. LX°X°X°X°. Datum per manum *Henrici de Starkeborch* noſtre curie Notarii.

* *

XIX.

OTTO ET CONRADVS,

MARCHIONES BRANDENB.

villam Brylowe ciuitati Brandenburg donant

A. 1291.

Ex Orig. Arch. Brand.

IN NOMINE DOMINI AMEN. *Otto* et *Conradus* Dei gratia Marchiones Brandeburg. et *de Landesbergk* univerſis hanc literam intuentibus in perpetuum. Generatio præterit et aduenit, et ſuis ſpaciis tranſeunt omnia et nihil ſub ſole eſt, quod perpetuum ſit, niſi ſolum divina quæ ſic a prima ſui natura ſtabilita ſunt quod non poterunt immutari. Vtile igitur compertum eſt, quod geſta hominum mobilia, ne defluant cum fluxu

fluxu temporis, linguis teſtium idoneis et ſcriptis authenticis æternentur. Noſſe itaque præſentes eſſe volumus, poſteros nec latere, quod nos villam *Brylowe* cum univerſis ipſi villæ adiacentibus, quocunque cenſeantur nomine, utpote eam in hunc diem poſſedimus cum omni juris integritate noſtræ civitati *antiquæ Brandeburg* appoſuimus et donavimus ita ut ipſa noſtra civitas ipſam eandem villam jure hæreditario poſſideat perpetuis temporibus liberam ab omni theloneo et ab omni labore quod incolæ eiusdem ad aggerem facere hactenus conſueuerunt et ſub jure civitatis ſæpedictæ eam ſimiliter perpetuis temporibus poſſidebit. Perſoluerunt autem præfati noſtri Burgenſes pro prædicta villa nobis novem Marcas argenti Stendalienſis ac XXI talenta denariorum ut præfatam donationem una cum noſtris hæredibus gratam et ratam firmiter perpetuo teneamus. Vt igitur hæc noſtra donatio multis præſentibus rite facta futuris nequeat calumniari temporibus, præſentes conſcribi juſſimus literas et ſigillorum noſtrorum appenſionibus conſignari. Teſtes hujus rei ſunt fideles noſtri, *Nobilis Vir Comes Burchardus de Lyndow, Hinricus Dapifer de Wardenberge, Bertoldus pincerna, Dicebardus de Wotzſtenhow, Burchardus magiſter de Yrkeſleue, Conradus de Wenden* et *Otto de Gladejou* et alii plures fide digni. Acta ſunt hæc *Magdeburg* anno domini M°. CC°. LXXXX primo, et data per manum Domini *Alwardi Præpoſiti Reppinenſis* Curiæ noſtræ Notarii in craſtino Innocentum.

Digitized by Google

* *

XX.

OTTO CONRADVS ET HENRICVS,

MARCHIONES BRANDENBVRGENSES,

conferunt villam Geseritz ciuitati Rathenou.

A. 1294.

Ex Cod. Gundling.

Otto Conradus et *Henricus* dei gratia Brandenburgenſis et de Landsberg Marchiones omnibus in perpetuum. Cum nihil in mundo, quin deleat illud ſors eſt mentis ſcriptura fidele ſignum. Ne igitur geſte rei memoria labente ſimul cum tempore delabatur dignum videtur et eſt, ut ea que per nos fiunt in acta publica redigantur. Hinc eſt quod univerſis Chriſti fidelibus preſens ſcriptum intuentibus cupimus eſſe notum quod dilectis civibus noſtris in *Rathenou* qui ſunt et pro tempore fuerint *villam Geſeritz* in vicinio ibidem ſitam damus jure proprio et in perpetuum cum omnibus juribus et pertinentiis ſuis videlicet agris lignis pratis paſcuis viis et inviis lignis et metis prout *Fridericus de Berenwalde*, miles fidelis noſter hactenus tenuit et poſſedit renunciantes juri et proprietati nobis in ea competenti. Et ne noſtris ſucceſſoribus

Digitized by Google

bus detur in posterum occasio malignandi presentes literas dictis civibus et civitati dari jussimus et nostrorum sigillorum firmari fecimus munimento. Testes hujus rei et donationis sunt *Henricus de Stegeliz, Anselmus de Blankenbergh Henninghus de Jagow et Conradus dictus Rouen Marschalcus noster* milites fideles nostri et quam plures alii fide digni. Actum *Rathenou* sub Anno M. CC. LXXXXIV in die B. Seuerini Confessoris et datum per manum domini *Johannis Passeris* Capellani et notarii nostri Canonici Stendalienſis.

* *

XXI.

OTTO ET CONRADVS,

MARCHIONES BRANDENB.

ciuitatem Brandenburg a precariis et exactionibus liberam declarant. A. 1295.

Ex Orig. Arch. Brand.

Otto et *Conradus* Dei gratia Brandeburgenses et de Landesberg Marchiones omnibus in perpetuum. Ne ea què geruntur in tempore simul cum fluxu temporis elabantur et fluant, aut oblivionis caligine deleantur, consueuit ea modernorum subtilitas scriptis publicis et vivaci linguarum testimonio commendare. ad universorum itaque Christi fidelium etatis tam presentis quam postere publicam volumus notitiam presentis scripti conti-

nentia perueuire, quod nos fidelium noſtrorum civium antique civitatis *Brandenborch* pio affectu intuentes obſequia ad que nunquam ipſis graues aut tardos verum ſemper beneuolos invenimus atque pronos, eorumque igitur pie condolentes inopie pleno heredum noſtrorum conſenſu maturoque nihilominus prudentum virorum noſtrorum accedente conſilio ipſis eorumve civitatis inhabitatoribus ſiue jam nunc eam inhabitent aut futuris temporibus eam intrauerint ad faciendam reſidentiam in eadem libertatem donavimus per preſentes et damus perpetuis temporibus duraturam. Ita quod a predicte civitatis noſtre inhabitatoribus preſentibus et futuris ſi qui videlicet ad inhabitandum eam undecunque ingreſſi fuerint, ut eſt dictum, nec per nos quod vixerimus nec per heredes noſtros preſentes aut poſteros vel aduocatorum aut Officialium noſtrorum quoscunque debeat aliqualis exactio, precaria ſiue conſagittatio extorqueri quomodolibet aut requiri. Sed talia nec non his ſimilia quocunque cenſeantur nomine antedictis civibus noſtris perpetuo relaxamus. Vt igitur noſtra hujusmodi libertatis voluntarie donatio impermutabiliter obſeruetur in poſterum preſentes literas in prefate donationis euidens teſtimonium fieri jusſimus ac ſepe dictis civibus noſtris dari ſigillorum noſtrorum appenſionibus communitas. Hujus autem rei teſtes ſunt fideles noſtri, *Otto de Puch Conradus de Redere, Johannes de Oldenvleth Albertus de Cleps, Renzeko de Guzik, Zulo de Wedele, Gerhardus de Wuſtrou, Hemingus de Jagow, Theodoricus de Bernwolde*, et *Godfridus*

de

Digitized by Google

de Oldenhuſen milites et quam plures alii fide digni. Acta ſunt hec anno dominice incarnationis M°. CC°. LXXXXV°. Indictione VIII. Epacta III. Concurrente vero V. et data apud *Rathenow* in craſtino B. Georgii martyris per manum *Gerardi* noſtre curie notarii.

* *

XXII.

OTTO ET CONRADVS,

MARCHIONES BRANDENB.

ciuitati Bryzen indulgent exemtionem a cenſu ſi intra decennium vrbem muro lapideo firmarent. A. 1296.

Ex Cod. Gundling.

Nos Otto et Conradus dei gratia Marchiones Brandenburgenſes et de Landsberg cum manifeſta recognitione tenore preſencium proteſtamur quod viris prouidis et diſcretis Burgenſib9 civitatis *Brizen* libertatem donavimus a data preſencium ad decennium duraturam. Ita quod tempore medio eorum civitatem muro lapideo circumdabunt ut pendenti et durante hac libertate nihil exactionis nec prorſus *conſagittationis* (a) in euentum aliquem nobis dabunt, vevum ab omni inquietatione erunt liberi et exemti. Ne igitur hujusmodi libertatis

(a) *Conſagittatio* eſt ſpecies exactionis ſ. cenſus.

concesſio a nobis ſeu a noſtris officialibus ullatenus irritetur preſens damus ſcriptum ſigillorum noſtrorum appenſionibus communitam adhibitis teſtibus *Johanne de Sydou*, *Wernero de Schwanenberghe* - - - - - *Burchardo de Kokſtede* militibꝰ et quam plurimis aliis fide dignis. Actum et Datum *Prinzlaue* anno incarnationis dominice M. CC. LXXXXVI. (b) in craſtino omnium ſanctorum per manus domini Zacharie noſtre curie notarii.

* *

XXIII.

OTTO ET CONRADVS,

MARCHIONES BRANDENB.

vendunt ciuitati Zedenick nemus dictum die Holzſtedte A. 1299.

Ex Cod. Gundling.

Otto et *Conradus* dei gratia de Brandenburg et de Landsberg Marchiones omnibus hanc literam audituris ſalutem. Que fiunt in tempore - - - - Proinde notum eſſe cupimus tam preſentibus quam futuris Chriſti fidelibus quod nos merito utilitatibus commodis et profectibus noſtrorum

(b) *Abbas Ctmenſ. ap.* ECKHARDVM *Script. rer. Jütreboc. p. 141. Idem Otto IV. Marchio indulſit oppido Britzen vt infra decennium muro circumdaretur lapideo, cuius datum exſtat Prenzlou Anno domini 1296.*

Digitized by Google

ſtrorum burgenſium dilectorum. civitatis *Zedenick* intendentes ipſis vendidimus pro XXX talentis et X choris auene libere conferentes totum nemus dictum die Holzſtädte ſub monte *Schoenbergen* a metis ſiue Marckſchedis eorum de *Behrwaldeſtorp* ubiusque lacus affluit ſiue exit verſus loca ubi quondam ſtabant fornacula *Peckofen* (a) nominata. Item dimidietas lacus progredientis ad viam inter *Falkenthal* et *Zedenick* ubi pons fluentum tranſit cum tota diſtinctione dicta der Wendemarck cum omnibus lignis agris paſcuis - - . Preterea ne hujusmodi noſtra venditio rationabiliter facta et etiam ordinata noſtrorumque Burgenſium predictorum emtio per nos vel ſucceſſores noſtros, heredes aduocatos, officiales vel aliquos alios in toto mundo valeat immutari contradictione impedientium vel aliqua verſutia interueniente impediri ſeu infringi ſepe dictis noſtris burgenſibus preſentem literam confecimus noſtrorum ſigillorum appenſionibus ſtabiliter perpetuis temporibus publice communitam. Hujus itaque rei teſtes ſunt milites et armigeri ſubſcripti *dominus Johannes de Oldenflieth, dominus Gedekinus de Grifenberge, domius Romele, dominus Kauen tunc temporis dapifer, dominus Gallus tunc temporis aduocatus Louenwalde, dominus Burſo de Kokſtede, dominus Otto de Holzendorff tunc Marſchalcus, magiſter Heinemannus venator et ſuus filius Hermannus et alii viri honeſti tam armigeri quam burgenſes plurimi fide digni.* Acta ſunt hec anno incarnationis dominice noſtri Jeſu Chriſti M. CC. LXXXXIX feria IV. proxima poſt

 feſtum

(a) i. e. die Theer-Oefen.

festum beatorum martyrum Viti et Modesti et Crescentie Virginis XV. Kalend. Julii. Datum per manum *Marquardi* Notarii tunc dilecti nostre Curie Capellani.

* *

XXIV.
ALBERTVS,

BRANDENBVRG. MARCHIO,

duo altaria in parochiali ecclesia Eberswaldensi fundat ad missas et memorias progenitorum vxorum et filiorum faciendas. A. 1300.

Ex Codice Gundling.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis Amen. Nos *Albertus* DEI gratia Marchio Brandenburgens. regnoscimus et in publicam notitiam devenire cupimus singulorum quibus praesentes fuerint recitate. Quod ad laudem et honorem Dei omnipotentis ejusque sancte matris Marie virginis perpetue ac beatorum B. Petri et Pauli Apostolorum *in parochiali Ecclesia Eberswalde* duo Altaria ab ipsa ecclesia distincta construximus et quodlibet ipsorum dotavimus VIII. frustis scilicet XXX solidis denariorum Brandenburgens. dativorum et tribus Choris siliginis cum VI modiis, et tribus choris hordei cum VI modiis in censu *mansorum oppidi nostri Warnow* in festo B. Martini annis singulis attollendis. Dicta vero sedecim frusta ad eadem duo

Digitized by Google

duo altaria cum prouentibus, eorum conferentes ſingulis diebus dicent vigilias et miſſas animarum *niſi* feſtivitatibus et diebus Dominicis fuerunt impediti. In altari S. Pauli quotidie fiet memoria illuſtrium Principum felicis memorie *Patris noſtri Ottonis* Brandenburgenſ. Marchionis et *matris noſtre Beatricis* et clariſſimi *fratris noſtri Ottonis* Brandenburgenſ. Marchionis, *et filiorum noſtrorum clariſſimorum Ottonis et Henninghi* (a). Et ſimiliter animarum videlicet noſtre et *uxoris noſtrae Mechtildis* et heredem et ſucceſſorum noſtrorum perpetualiter ac etiam omnium fidelium defunctorum. In altari vero S. Petri quotidie fiet memoria *famuli Segebandi de Berghe* et ſimiliter animarum omnium fidelium defunctorum. Collationem quoque eorumdem duorum altarium nobis et noſtris ſucceſſoribus reſeruamus. Vt autem noſtra donatio predicta ab omnibus tam preſentibus quam futuris illeſa et inviolabilis in perpetuum obſervetur preſentes inde confectas ſigilli noſtri appenſione fecimus communiri. Teſtes quoque hujus ſunt reverendus pater Dn. *Johannes Abbas eccſe Leninenſis*

(a) Dieſe Urkunde iſt deswegen zu ſchätzen, weil ſie uns die Genealogie der Brandenburg. Marggrafen ſehr verbeſſert. Man wird bey keinem, der dieſes Stück der brandenburgiſchen Hiſtorie ausgeführet hat, von den Söhnen dieſes Alberti Nachricht finden, auch nicht einmal bey dem Herrn Rath GEBHARDI in ſeinen ſonſt ſehr accuraten *Aquilonalib. March. p. 174.* Es wird alſo hieraus können ſicher ſuppliret werden, daß Marggraf Albertus III. zwei Söhne gehabt, ſo *Otto* und *Henningh* geheiſſen. Sie müſſen aber vermuthlich jung geſtorben ſeyn.

frater *Wilhelmus prior Domus predicatorum in Colonia*, Dn. *Bruno de Berlin*, Dn. *Johannes de Landesberg Capellani noſtri*, *Johannes Sparre*, *Heino de Puhle*, *Heino de Oderberg* milites, *Theodorus de Barnum*, *Gheradus Wriſt*, *Theodoricus Repekow*, *Michael* et *Henricus de Thine* et *Conradus de Schönebeck* vaſalli noſtri et plures alii fidedigni.

Datum Eberswalde per manum Johannis tunc noſtri Notarii, Anno Domini Milleſimo Trecenteſimo die B. Elizabethe.

* *

XXV.

HERMANNVS,

MARCHIO,

donat ciuitati Eberswalde forenſe theloneum.

A. 1307.

Ex Origin. membr.

In nomine ſancte et individue trinitatis Amen. Ad memoriam preſencium et certam noticiam futurorum. Nos *Hermannus* dei gracia Brandenburgenſis et Luſacie Marchio et Dominus de *Henneberg* recognoſcimus publice per preſentes quod propter paruum et commune bonum terre civitatis noſtre *Eberswalde* forenſe telonium Burgenſibus civitatis ejusdem donavimus perpetuo poſſidendum, ita videlicet quod Conſules qui ſunt et proceſſu temporis fuerint in eadem ipſam teloneum locandi

locandi exponendi committendi cuique voluerint et resumendi prout ciuitati viderit expedire liberam habeant in perpetuo facultatem, item predictos nostros Burgenses dicimus undique in terris nostris liberos et solutos ab omni teloneo dando tam in terris quam in agris et precipue per descensum et ascensum *Vinou* et *Odere* in nostra distinctione. Igitur committimus seriose per presencia officialibus nostris seu qui pro tempore fuerint ut nihil a predictis burgensibus nostris nostre civitatis *Eberswalde* pro telonio exigant seu requirant. Ne igitur super promisis imposterum dubium oriatur presentes inde conscribi et sigilli nostri appensione jussimus communiri. Testes quoque hujus sunt *Johannes Sparro, Henricus de Pole* et *Henricus de Oderberghe milites nostri*, *Thidericus de Bornum*, *Gerardus Wrest*, *Thidericus de Repckowe*, *Conradus de Schoenebecke* et *Otto de Gera vasalli nostri* et plures alii fide digni. Datum et actum in *Werbellino* per manum Johannis nostri subnotarii Anno domini milleſimo trecenteſimo ſexto in die S. Gregorii Pape.

XXVII.

Digitized by Google

* *

XXVI.
OTTO,
DUX BRUNSVICENSIS,

donat villam Lydhern monasterio Distorpiensi A. 1308.

Ex Orig. membr.

Omnibus Christi fidelibus presencium literarum nostrarum auditoribus et visoribus universis Dei gratia *Otto* Brunsvicensis et in Luneborg Dux salutem perpetuam in Domino. Noverit universitas vestra et universitatis singularitas, quod nos de consensu et ratihabitione omnium heredum nostrorum donamus libere justo proprietatis titulo perpetuo monasterio et conventui *Disdorpe* bona *Lydhern* (a) videlicet VI. curias et quinque alias curias sitas juxta *Vlessen*, de omnibus advocatiis, justitiariis, tributariis et aliis obvencionibus et proventibus quibus nobis solvendis dicte XI. curie hactenus fuerant obligate, liberas, ita duntaxat quod nobis dictum monasterium et conventus persolvat singulis annis deinceps ex dictis curiis XI. marcas denariorum (b) id est ex questibus ipsarum

(a) Das Dorf Liedhern lieget ganz nahe bey der Stadt Ülzen, und gehöret noch anjetzo dem Amte Distorf.

(b) Eine Marck Pfennige betrug in alten Zeiten nach Saltzwedelsker Werung XVI. Schillinge. Dieses beweisen viele Documenta der Stadt Saltzwedel.

Unter

rum in paſcha VIII. ſolidos et in nativitate Domini VIII. ſolidos pro annua penſione. Datum in caſtris *Blekede* anno Domini M°. C°C°C°. VIII°. die omnium ſanctorum.

XXVII.

Unter andern will nur davon eins anführen. de Ao. 1516. Hefft verkofft 1. Mark penninge jarliker renthe vor XX. Mark penninge derſulven weringe . . . . . alle jarliker to veer tyden mith IV. Schilling pennige wol betalen. Ein Schilling aber galt 12. leichte Pfennige und 16. derſelben einen guten Groſchen. Es ſind aber die Marck Pfenninge ſehr unterſchieden geweſen, wie überhaupt alle Marcken, auch ſo gar in der Chur-Marck Brandenburg (als z. E. die Stendalſche und Brandenburgiſche) geſchlagen worden, und dieſes rühret daher, weil ſie nicht von gleicher Güte und Schwere ausgemünzet worden. Eine Stendaliſche Marck Pfennige ſoll nach zweyen denen Monetariis *Ade de Grabowe Arnoldo Billenwerde* und *Johanni de Lezke* daſelbſt Ao. 1333. ertheilten Documentis XXVIII. Schillinge und IV. Pfennige enthalten. Das Document ſteht bey dem Herrn von LVDEWIG *Tom. VII. Reliq. p. 5.* und heiſſen die Worte alſo: Ita quod quevis Marca ſubſiſtat pura et alba, licet in ipſa unum totum et quatuor denarii deficiant, et quod XXVIII. ſolid. Den. Brand. cum IV. denariis debet marca in pondere continere. Sie iſt alſo viel ſtärker wie die Saltzwedelſche, die zu Brandenburg ausgemüntzte Marck Pfennige ſind zwar eben ſo ſtark wie dieſe Stendalſche geweſen, hergegen die Marck Silbers ſind von der Stendalſchen wieder ſehr unterſchieden, und alſo haben die Hamburgiſche, Braunſchweigiſche und andre mehr differiret. Die Marcke wurden auch ordentlich gewogen, davon der Namen *löthige Marck*, bekannt, wie ſolches unter andern auch HELMOLDVS *in Chron. Slav. Lib. I. Cap. XXXVIII. p. 95. Edit. Bangert.* bezeuget, wo er von dem Könige Henrico

ſchrei-

* *

XXVII.

BERTHOLDVS,

COMES DE HENNEBERG,

ET

CONRADVS DE RIEDE,

Procuratores Ottonis et Woldemari Marchionum Brandenb. et Rudolphi Ducis Saxoniae in electione Rom. Regis,

instructionem suam de suffragio ferendo manifestant. A. 1308.

Ex Cod. Gundling.

NOs *Berthold Comes de Henneberg* (a) *nec non Conradus de Riede*, miles, *Procuratores illustrium principum Ottonis et Woldemari Marchionum Brandenburgensium super futuri Regis Romanorum electio-*

schreibet, daß er bey Bezahlung der 4400 Marck, so die Rügianer ihm bezahlen musten, eine falsche Wage gebrauchet hätte: posuit ergo eis Henricus in *appensione stateram grauissimi ponderis.* Cumque exhausissent ærarium publicum et quidquid in privatis suis auri vel argenti habuerant, vix medietatem pecuniæ persolverunt puta statera delusi.

(a) Dieser Berchtoldus ist nachhero auf dem Reichstage zu Frankfurth vom Kayser Henrico VII zum gefürsteten Grafen gemacht worden. Gegenwärtige Urkunde wird der Wahlhistorie Kayserß Henrici VII. vieles Licht geben. Das *Chronicon Anonymi Leobiensis*

Digitized by Google

electionis negotio conſtituti ad univerſorum notitiam volumus peruenire, quod poteſtate nobis ac mandato, ab iisdem Marchionibus nomini eorum nec non illuſtris Principis *Rudolphi Ducis Saxoniæ* ſuum votum in electione Romanorum Regis ſibi competens in predictum *Ottonem Marchionem* noscitur transtuliſe, datis traditis et conceſſis amicitiæ unionis et concordie literis, foedera cum illuſtribus principibus *Rudolpho* et *Ludovico Comitibus Palatinis Rheni*, ut ipſi regno Romano ſalubrius conſulatur, ſic duximus ineunda, videlicet, quod ipſis promiſimus et preſentibus promittimus corporali ſuper hoc et in animas predictorum dominorum, noſtrorum Marchionum, preſtito juramento, quod in electione futuri Regis Romanorum unum cum ipſis eſſe debeamus. Sic videlicet, quod quemcunque ex Principibus *Ottone* et *Waldemaro*, *Marchionibus Brandeburgenſibus* nobili Viro *Alberto Comiti de Anhalt*, nec non illuſtribus Principibus *Rudolpho* et *Ludovico Comitibus Palatinis Rheni* et *Friderico Duci Auſtrie* (b) plura vota de principibus eccle-

bienſis ap. PEZ *Tom. I Script. Auſtriac. p. 893.* ſchreibet von dieſer Wahl alſo: " - - Hainricus (i. e. „Comes de Luzelburg futurus Imperator) autem ha„bens duos Moguntinum et Treuirenſem ſuæ par„tis præſules tertium Colonienſem per pacta interpo„ſita ſuper connubio quodam ad vota ſua flexit. „Deinde Moguntino agente Ducem Saxoniæ et Mar„chionem de Brandenburg ad conſilium ſapientum „qui eos rexerant juvenes perſuaſionibus et precibus „ſibi deuinxit. - - -„

(b) Die Candidati imperii waren alſo Otto und Woldemar Marggrafen von Brandenburg, Graf Albrecht

eccleſiaſticis habere contigerit, ille preferatur et votis noſtris eidem debemus adherere, ipſum ſine omni contradictione in Regem Romanorum eligendo. Extra vero numerum predictarum perſonarum non eligemus niſi concurrentibus votis comitum Palatinorum atque noſtris. Sane eſt adjectum et juramento firmatum, quod ſi aliquem noſtrorum Marchionum predictorum, vel alium ad noſtram promotionem in Regem Romanorum eligi contingat, prefatis comitibus Palatinis in ſuo jure aſſiſtet et ipſi nobis vice verſa et ipſorum contra omnes homines erit in perpetuo coadjutor. Eſt etiam promiſſum et juramento firmatum, quod ſi aliquem ex Marchionibus predictis vel alium ad eorum promotionem in Regem eligi contigerit, quod predictis Palatinis conferet omnia bona ſua, et eos in eisdem manutenebit et defendet et predictos Comites Palatinos in poſſeſſione omnium bonorum, que genitor eorum poſſedit, et in ea poſſeſſione ſicut tempore clare memorie quondam Rudolphi Romanorum Regis poſſederunt, non moleſtabit neque turbabit. De expenſis vero, que contemplatione electionis facte fuerunt, arbitrium Venerabilis Principis Domini *Johannis* Epiſcopi Argentinenſis et noſtri *Berchtoldi* Comitis de Henneberch ſatisfiet. Ad confinia vero Imperii et predictorum Comitum Officiales pacifici juxta arbitrium Argentinenſis Epiſcopi et *Berchtoldi* Comitis de

brecht von Anhalt, die Pfalzgrafen Rudolf und Ludewig am Rhein, und der Herzog Friederich von Oeſtereich. Dieſer Urkunde gedenket auch HOEN *in der Hiſtorie von Coburg. Lib. II. p. 40.*

Digitized by Google

de Henneberch locabuntur. Est etiam juratum, quod nec illustribus Principibus *Ottoni* et *Stephano* Ducibus Bavarie nec nobili viro *Eberhardo* Comiti de Wirtenberg predicti Marchiones, si quem, ex eis in Regem eligi contingat, adhærebit, vel aliquo genere copulationis et unionis unietur. Promisimus porro et juramento firmavimus, quod illustribus Principibus *Frederico* et fratribus suis Ducibus Austrie omnia eorum bona et dominia sicut ea tempore clare memorie illustris quondam Domini *Alberti* genitoris eorum, possederunt, conferet, et eos in eisdem manutenebit et defendet. Harum testimonio litterarum nostrorum sigillorum robore munitarum. Datum in *Popardia* Anno Domini M°. CCC°. VIII. feria sexta ante Simonis et Jude Apostolorum.

* *

XXVIII.

OTTO
ET
WOLDEMARVS,
MARCHIONES

ciuibus in Wusterhusen villam Klempoue cum stagno in Bukouitz pro LXXX Marc. argenti conferunt. A. 1308.

Ex Cod. Gundling.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Amen. Humane actiones a memoria hominum laberentur, si non fideli testimonio scripturarum firmaren-

tur hinc eſt quod Nos *Otto* et *Woldemarus* Dei gratia Brandenburgenſes et Luſatie Marchiones tam preſentibus quam futuris cupimus fore notum quod honeſtis civibus noſtris et dilectis in *Woſterhuſen* in reſtorum ipſorum debitorum videlicet pro LXXX marcis argenti *villam Klempoue* cum ſtagno ibidem et ſtagno in *Bukowitz* nec non duos denarios in *cenſu noſtro qui Wortinſe* (a) *in ciuitate Woſterhuſen* predicta ipſis ſingulis annis in feſto B. Martini confeſſoris perſoluendos

(a) *Wort*, Wurthe, Worde iſt ein in alten Documentis öfters vorkommendes Wort. Der Herr Canzler von WESTPHALEN *in Script. Rer. Cimbric.* derivi-ret ſolches von dem Angelſächſiſchen Wort, Wara oder Waurt, i. e. terra eleuata ſeu ager noualis. Aus denen Urkunden bemerken wir, daß Worde entweder ein Stück Acker hinter den Höfen, oder auch einen Garten oder Hausſtelle bedeute, wenn im letztern Fall de cenſu arearum einer Stadt die Rede. Und hiervon iſt dieſer Cenſus Wurtſchat, Wordepenning, Wortinſe &c. benennet worden, wie in denen Urkunden *ap.* LVDEVIG *Tom. V. Reliq. p. 3. de* WESTPHALEN *in Script. Cimbric. Tom. II.* GRVPEN *in Antiquitat. Hannouerenſ. p. 125. 131.* und andern häufig vorkommt. In dem von mir ad A. 1310. allhier producirten Documento Marggraf Woldemari ſtehet „- - eidem oppido CC manſos „duximus apponendos videlicet C. pro agris et L „pro arearum agris quod *Wordelandt* dicitur - -„ In des GEBHARDI Nachricht von denen Braunſchweigiſchen Kalandsbrüdern *p 108.* in Doc. de A. 1408. "- - veerde houe 7 ſchilling tho Deſtede mit einem Meierhoſe unde mit 2 Worden - -„ Ich könnte noch mehrere Stellen aus Urkunden anführen, die dieſe Bedeutung, nemlich eines Stück Ackers, exprimiren; ich halte aber ſolches für unnöthig, da noch heute zu Tage die Bauern in hieſigen Gegen-

dos cum omni jure quo nos posſedimus, dedimus et donauimus proprietatem libere et licite proprietatis titulo et articulo universa bona ſuperius tran-

Gegenden die Stücke Ackers, ſo ſie umzäunet, hinter ihren Höfen haben, Worthen nennen. Daß es aber auch öfters einen Garten oder eine Hausſtelle bedeute, iſt aus folgenden Urkunden nicht undeutlich, z. E. in einem Braunſchweigiſchen Doc. de A. 1363 *ap.* GEBHARDI vom Braunſchweig. Kaland *p. 84.* ſtehet „ - - hebbet gelaten XXIV. ſol. gheldes „Wortynſes de ſe hadden in Jacobs Huſe vor der korten brugge„ Leges municipal. antiquæ Brunſuicenſ. *ap.* LEIBNITIVM *Tom. III. p. 439* „- - Alle „Garden edder Worde de tho Wickbilde ligget, de „ſchollen dem Hertoghe unde der Stadt Schottes plegen - -„ Vermuthlich iſt alſo wohl der jetzige Grundſchoſ, der in den Städten von den Häuſern gegeben wird, eben dieſer Cenſus arearum, Wortiuſe, obgleich jetzo die Benennung verändert worden. Wiewohl er auch an einigen Orten den alten Namen behalten, wie zu Hildesheim, wo noch wirklich jetzo dieſer Grundſchoß Wortinſe genennet wird, teſte GERIKEN *in Schottelio illuſtrato p. 89.* Bey dem LEVCKFELD *in Antiquitat. Walhuſanis p. 355.* findet ſich in einer Urkunde Kayſer Friderichs de A. 1220. daß dieſer Cenſus auch Witzins genennet worden, „- - cenſus arearum civitatis que Witzins dici„tur - -„ Hieraus iſt alſo klar, daß Wortynſe entweder von einem Stück Acker, oder auch vom Hauſe oder Garten gegeben worden, und daß im letztern Fall ſolches unſer jetziger Grundſchoß ſey. Noch muß ich bemerken, daß bey dem LVDEVIG *Tom. VII. Reliq. p. 139.* in einer gewiſſen Urkunde ein Cenſus vorkomme, der mit dieſem faſt einerlei Nahmen; es iſt aber ein cenſus porcorum quod vulgariter dicitur Worczins, wie in der Urkunde ſtehet, muß alſo hiermit nicht verwechſelt werden.

quille perpetuis temporibus posſidenda. Abrenunciantes cum omni jure quod nobis vel noſtris heredibus futuris temporibus cedere poteſt bonis ab eisdem. Ne autem dubium in poſterum posſit oriri, preſentem dedimus paginam ſigillorum noſtrorum munimine roboratam. Teſtes hujus facti ſunt noſtri milites *Nicolaus de Buck*, *Conradus de Redern* et alii quam plures fide digni. *Datum Werbelin*, Anno domini Milleſimo trecenteſimo octauo in craſtino B. Michaelis.

* *

XXIX.
ANNA,
DVCISSA WRATISLAVIENS.

domui S. Johannis Hoſpital. in Werben, donat proprietatem III. quartalium agrorum in villa Cliethe A. 1313.

Ex Codice Gundling.

Nos *Anna* Dei gratia Wratzlauienſis Ducisſa quondam Brandenburgenſis Marchioniſa (a) cupientes non latere omnes quibus preſens ſcriptum exhibetur recognoſcimus in his ſcriptis publice pro-

(a) Sie war des Römiſchen Königs Albrecht des Iſten Tochter, und ſoll, nach des Hrn. Rath GEBHARDI *in March. aquil. p. 167.* Anzeige, A. 1295 an Marggraf Hermann verheirathet ſeyn: *nuptias A. 1295 celebratas eſſe uno ore affirmare Scriptores.* Allein ich finde

ptoteſtantes, quod pro ſalute animarum Marchionis *Hermanni* principis inclyti quondam thori noſtri conſortis felicis memorie progenitorumque ſuorum ac noſtrorum trium quartalium agrorum quos *Ja-*

finde das Gegentheil bey ſelbigen. Das *Chronicon Clauſtro Neoburgenſe ap.* PEZIVM *Scriptor. Auſtriac. Tom. I. p. 473* ſetzet, wie Hr. GEBHARDI, das Jahr 1295. Der *Anonymus Leobienſ. ap.* PEZ. *Tom. I. p. 881 ad A. 1302* - - hoc in tempore filiam ſuam Annam Rex Albertus Hermanno Marchioni Brandenburg. qui dictus eſt cum pilo ſociauit. *Chronicon Zwetlenſe l. c. p. 533 ad A 1298* - - Ipſe Dux Albertus filiam de Brannburch tradidit Marchioni. HAGENII *Chronic. Auſtr. l. c. p. 1129* ſetzet dieſe Verheirathung noch weiter hinaus. Und eben ſo ungewiß iſt auch das Jahr, da ſie an den Herzog von Breslau vermählet. Denn ob zwar der Hr. von SOMMERSBERG *Tom. I. Script. Sileſiac. in Tab. Genealog. p. 299* das Jahr 1310 angiebt, ſo hat er doch in den probationibus dieſer genealogiſchen Tabellen ſolches gar nicht erwieſen. Es wäre wohl die gröſte Hoffnung geweſen, gewiſſere Nachrichten hievon bey dem R. P. HERRGOT *in Genealog. diplomat. gent. Habsburg. Tom. I. p. 212* vorzufinden, da aber ſeine beygebrachte Urkunden nichts von den Töchtern König Albrechts erwähnen, ſo hat er ſolche auch nicht am angezogenen Orte berühret. Indem ich dieſes ſchreibe, kömmt mir ein Document Marggraf Woldemars de A. 1310 in des OELRICS *Diſſ. de Botding et Lodding in App. p. 8.* zur Hand, worinn der Marggraf expreſſe ſchreibet: Nos in dampnorum hujusmodi refuſionem de expreſſa voluntate et conſenſu illuſtris Domine *Anne Ducisſe Wratixlauienſis.* Woraus denn wenigſtens folget, daß ſie ſchon A. 1310 an den Herzog vermählt geweſen. Wir müſſen alſo noch accuratere Nachrichten erwarten; indeſſen iſt dieſes gewiß, daß ſie

ſchon

cobus de Paſewalck in *Werben* ciuis noſter dilectus et prouidus ſua pecunia comparauit in villa *Clieth*e ſitorum proprietatem donamus filii noſtri cariſſimi *Woldemari* (b) Brandenburgenſis Marchionis inclyti voluntate nihilominus accedente religioſis viris fratribus S. *Johannis hoſpitalis domus in Werben* juſto proprietatis titulo ipſos agros perpetuis temporibus libere poſſidendos. Renunciantes omnibus juribus, precariis, ſeruitiis et aliis quibuscunque Angariis quæ nobis et noſtris ſucceſſoribus in poſterum cedere poſſunt de iisdem pro quo predicti fratres unam miſſam diebus ſingulis in perpetuum ſeruabunt et ſeruare debent, nullo die omiſſo pro ſalute animarum omnium predictarum. Et ut hæc ipſa donatio immobilis perſeueret preſenti litere ſigillum noſtrum duximus apponendum, preſentibus famoſis et ſtrenuis militibus videlicet domino *Friderico* et domino *Geuehardo de Aluensleue*, domino *Henrico Schencken*, Domino *Droiſekone*, domino *de Königsmarck Ottone*, quorum uſi ſumus conſiliis in hac parte. Datum anno domini Milleſimo trecenteſimo decimo tertio in *Werbene* in die B. Jacobi apoſtoli.

XXX.

ſchon A. 1327 nicht mehr am Leben geweſen, *vid. document Henrici Ducis Sileſiæ ap. citat.* SOMMERSBERG *p.* 340 Welches alſo zur weitern Unterſuchung hierbey habe bemerken wollen.

(b) Woher ſie Waldemarum ihren Sohn nennet, da er doch Marggrafs Conradi Sohn, weiß ich nicht.

Digitized by Google

* *

XXX.

ANNA,

DVCISSA WRATISLAVIENSIS,

reſignat proprietati curiae cuiusdam in Köningsmarck. A. 1325.

Ex Cop. antiq. membr.

Anna dei gratia Ducisſa Wratislauienſis et Domina de Arneborch (a) omnibus Chriſti fidelibus preſencia viſuris ſalutem in domino dominorum. Quia venerabilis pater et Dominus Hinricus Epiſcopus eccleſie Kyouienſis *in noſtro dotalicio ſive territorio circa Arneborch* (b) in villa que *Königsmarke*

(a) Vorhergehendes Document von dieſer Anna nebſt dieſem und folgenden habe zuſammen gebracht, weil ſie ſich einander erklären, und kann man aus ſolchen wenigſtens zeigen, bey der grauſamen Variation der ſcriptorum ratione nuptiarum et mortis, daß ſie ſchon A. 1310 an den Herzog von Breßlau vermählt geweſen, und aus dieſen letztern Doc. daß ſie noch A. 1325 gelebet, folglich, nach dem Document de A. 1327 in welchem Herzog Henrich von Breßlau ſchreibet: *Conjugis noſtre Domine Anne recordacionis felicis ap.* SOMMERSBERG *Tom. I. Script. Sileſiac. p. 340*, ſie zwiſchen dieſer Zeit geſtorben ſeyn muß.

(b) Es zeigen beyde Documente, was zu ihrem dotalitio gehöret, nemlich die Gegend von Arneburch bis Werben die ſo genannte Wiſche, und alſo der beſte und fetteſte Theil der Alten Marck, daß alſo die beyden Wittwen, dieſe, und die an den Herzog von Braunſchweig verheirathete Agnes, damals den beſten Theil der Marck beſeſſen.

marke nuncupata curiam *Frankonis de Nitzou* que a precaria decima censu ac seruicio libera et rite et racionabiliter sua pro pecunia ab eodem comparauit cultus diuini in augmentum. Nos vero ejusdem cultus divini esse participes cupientes proprietatem sive libertatem que ad nos dignoscitur pertinere eidem aut omnibus ipse dederit aut vendiderit dimittimus bona cum voluntate ita sane quidem, ut nec nos nec nostri advocati in curia sepe dicta aliquam exactionem vel precariam aut aliquod seruicium paruum seu magnum extorqueant, quod nihil juris ad eandem curiam nos habere profiteamur. Quumque jugera et duos mansos habet curia in agris et IV. Choros in auena. Datum anno domini M. CCC. XXV. in die S. Valentini in *Arneborch*.

XXXI.

Digitized by Google

* *

XXXI.

Yo de Köninges-marcke,

curiam quandam Meynardo cuidam tradit.

A. 1334.

Ex Cop. antiqua membr.

Ego *Yo de Köningesmarcke* (a) famulus publice recognoſco per preſentes, quod ex juſſu et conſenſu illuſtris principis domini mei *Eodeuici* Marchionis et legacioni ſpeciali Marſcalci ſuique fratris Aduocati in *Arneborch* dicti *Yſentryth* dominum *Meynardum* in *Köningesmarcke* ad curie poſſeſſionem dicte . . . . . duxi corporalem pacifice poſſidendam ſibi adjudicatam et habendam, ſicut venerabilis pater Kyouienſis Epiſcopus poſſedit eandem convertendo in pios uſus disponendo faciendo ut ſue placuerit voluntati. Nihilominus villicis in . . . mihi aſſumptis mandatum predicti domini mei Marchionis prememorati dominum *Meynardum* poſſeſſionem memorate curie inveſtiui. Acta ſunt hec *Hymneborch* anno domini M°. CCC°. XXXIV°. in craſtino Michaelis preſen-

 tibus

(a) Die adliche Familie der Herren von Köningesmarck iſt jetzo in der Alte Marck nicht mehr angeſeſſen, ſondern ſie haben ihre Güter nunmehro in der Prignitz ohnweit Wuſterhauſen und Kyritz.

tibus *Sabello Nygenkerken*, *Fritzone Vinzelbergh*, *Betekino Dequeden*, *Henningo Meſebergh*, *Arnoldo Kalberwiſch* (b) *Mathie de Jaghou* aliisque famulis in *Advocacia* (c) *Arneborch* reſidentibus quam pluribus fide dignis aſsumptis in teſtimonium premisſorum una cum ſigillo meo preſentibus ſub appenſo.

XXXII.

(b) Dieſe Familie iſt vermuthlich ausgeſtorben, wenigſtens nicht mehr in der Alte Marck vorhanden. Das Guth Calberwiſch, wo ſie Zweifels ohne gewohnet, gehöret denen von Jaghou.

(c) *Aduocatia Arneborch.* Was das Wort Aduocatia eigentlich bedeute, hat der Hr. von Meiern *in Deduct. de Dominio et Advocatia Möllen* weitläuftig gewieſen. Alhier bedeutet es einen Diſtrict der umliegenden Gegend, welches wir nach jetziger Mundart einen Krais nennen könnten. Bey dem Hrn. von Lvdevig *Tom. IX Reliq. pag. 513* finden wir ein Diploma Herzogs Otten von Braunſchweig de A. 1323, worinn er nebſt ſeiner Gemahlinn Agnes, des Marggrafen Waldemari Wittwe, den Gewandſchneidern in Salzwedel das Priuilegium ertheilet, daß keiner *in diſtrictu ſeu Aduocatia Soltwedel pannum incidere præſumat*, er habe denn die Gilde derſelben gewonnen ꝛc. Einige Jahre vorher war dieſe Gegend um Arneborch der damaligen Herzogin von Breßlau Marggrafs Hermanni Wittwe dotalitium geweſen, und nennet ſie ſich in Documento, ſo allhier gleichfalls produciret: *Anna Dei gratia Ducisſa Wratislauienſis et Domina de Arneborch - - in noſtro dotalitio ſiue territorio circa Arneborch - -* welches das vorige noch mit erkläret.

Digitized by Google

* *

XXXII.

JOHANNES,

MARCHIO BRANDENB.

duos manſos in villa Chüden a precaria et ſeruitio liberat. 1315.

Ex Orig. membr.

Nouerint univerſi ad quos preſens ſcriptum peruenerit, quod Nos *Johannes* dei gratia Brandenburg. et Luſatie Marchio propter diuini nominis cultum ampliandum liberos damus duos manſos ſitos in villa *Chüden* ad dotem eccleſie in *Rokenthin* pertinentes ab omni contributione precaria nec non a qualibet ſeruitii exhibitione et ab onere qualicunque, dantes has literas noſtras ſigillatas noſtro ſigillo in teſtimonium hujus facti. Actum *Soltwedel* anno domini M°. CCC°. quinto decimo Vigilia beate Margarethe virginis.

Auſcultata eſt preſens copia per me *Johannem Wulff* Clericum Verdenſis Dioceſis publicum ſacra imperiali auctoritate notarium et concordat cum ſuo vero originali ſigillato quod atteſtor propria manu mea.

Digitized by Google

* *

XXXIII.

WALDEMARVS,

MARCHIO BRANDENBVRG.

confirmat donationem duorum manſorum in villa Gore eccleſiae S. Nicolai Stendal. factam A. 1319.

Ex Cod. Gundling.

In nomine domini amen. Neceſsaria eſt rerum geſtarum deſcriptio et maxime earum que pro diuino cultu ampliando traduntur, ne poſteri oblivione moti denegare valeant maturo priorum conſilio ſtabilita. Ea propter Nos *Woldemarus* Dei gratia Brandenburgenſis et Luſatie Marchio notum eſſe volumus univerſis Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris, quod ob reuerentiam Jeſu Chriſti et beatiſſime virginis genetricis ſue ac in remiſſionem noſtrorum peccaminum atque in ſalutem animarum noſtri noſtrorumque progenitorum dedimus et damus, donavimus et per preſentes literas liberaliter donamus II manſos ſitos in villa *Gore* quos *Hynricus Weckendorp* ſacerdos *de Hamborch* dictus vicarius eccleſie S. Nicolai in *Stendal* eccleſie ſupra dicte noſtre dictionis pure propter Deum et remiſſionem ſuorum delictorum et ob ſalutem animarum ſuorum progenitorum appoſuit cum omni proprietate commodo honore et utilitate uſufructu et libertate perpetuis temporibus duraturis

turis. Renunciantes ſimpliciter pro nobis noſtrisque heredibus ſi quos Deo annuente procreaverimus (a) et ſuccesſoribus omni juri actioni et libertati atque proprietati que nobis in dictis duobus manſis hactenus competebant vel poſſent competere in futurum. Quod ipſos manſos et poſſeſſores eorum ex nunc et in perpetuum ab omni ſeruitio et precaria, quocunque nomine cenſeantur liberos eſſe volumus penitus et exemtos. Nihilominus Canonici predicte eccleſie memoriam ſolennem dicto domino Hynrico perpetuo facientes. Ne autem cuipiam in poſterum detur facultas maligmandi ſuper premiſſa donatione per nos rite facta ut calumniam faciat in hac parte preſentes literas deſuper confici juſſimus et noſtri ſigilli munimine de noſtro conſenſu et certa ſcientia roborari preſentibus teſtibus ydoneis, ſcilicet nobili viro *Günthero de Keuerenburg*, *Conrado et Redekino de Redern*, *Henningho de Blanckenborgh Frederico et Hynrico de Scepeliz*, *Broyſekino noſtre curie Pincerna et Gherardo de Kerkou militibus ac Euerardo noſtre curie capellano et notario* cum aliis plurimis fide dignis. Actum et datum *Tangermundis* Anno Domini milleſimo trecenteſimo decimo nono in die Apoſtolorum Petri et Pauli Beatorum.

XXXIV.

(a) Es hat alſo der Marggraf noch Hoffnung gehabt, Kinder zu zeugen.

Digitized by Google

* *

XXXIV.
LVDOVICVS,

ROMANORVM REX,

Henrico Marchioni Brandenburgenſi adhuc minorenni majorennitatem confert.

A. 1320.

Ex Codice Gundling.

Ludouicus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, Illuſtri *Henrico* Marchioni Brandenburg. principi et auunculo ſuo charisſimo gratiam ſuam et omne bonum. Quamvis prouidentia legum et divorum Imperatorum et Regum Romanorum predeceſſorum noſtrorum illuſtrium ſanxerit autoritas ut his qui nondum etatis impediente defectu ſui juris ſunt tutorum ſeu curatorum ſubveniatur ſuffragium. Tue tamen ſinceritati quam fauoris et amoris precipui merito complectimur amplexu de abundantia regalis clementie gratioſius conſulentes auctoritatem tibi ſuper quibuscunque contractibus beneficiorum et feudorum collationibus, inueſtituris negotiis et geſtis que alias rite expedire decreueris liberaliter concedimus ut in his agendis exercendis et expediendis tanquam alter noſter et imperii princeps major annis gaudeat pleno jure non obſtante annorum et etatis ſue defectu quem pateris, nos enim eundem defectum ſupplemus de plenitudine et largitate munifica regie poteſtatis.

Digitized by Google

teſtatis. In cujus rei teſtimonium preſentes literas conſcribi et noſtre majeſtatis ſigillo juſſimus communiri. Datum in *Franckenford* oppido noſtro regali XIV Kal. Jul. (a) anno domini M. CCC. XX. regni vero noſtri anno ſexto.

XXXV.

(a) Der Herr Rath GEBHARDI *in Aquilonalibus Marchicis p. 156* hat 2 Urkunden der Aebtißin von Quedlinburg, Juttæ, angeführet, aus des KETTNERI *Antiquit. Quedlimb.* ſo alle beyde den Tod dieſes Marggrafen zu Anfang dieſes Jahrs hinaus ſetzen. Er bemerket aber ſelbſt, daß ſolche entweder durch Verſehen des Abſchreibers oder ſonſten nicht richtig ediret ſeyn müſten, weil alle beyde in einer Sache ſo ſehr variiren. Er iſt aber dennoch der Meinung, daß man am gewiſſeſten gienge, wenn man den Tod dieſes jungen Marggrafen ſub exordium anni wie er ſchreibet, angebe.

Vorſtehendes Document, ſo in der Mitte dieſes Jahres ausgefertiget worden, ſollte faſt das Gegentheil beweiſen, und beyde vorhin angezogene Quedlinburgiſche Urkunden gänzlich ſuſpect machen. Es läſſet ſich aber dennoch nicht gewiß behaupten, da es hat ſeyn können, daß dieſe Majorennität zu Anfange des Jahres geſucht worden, weil es aber damalen in den Kayſerlichen Expeditionen ſehr langſam hergieng, ſo kann vielleicht der junge Marggraf ſchon vorher geſtorben ſeyn, ehe das Document darüber ausgefertiget worden, oder die Nachricht von ſeinem Tode an den Ort gekommen, wo der Kayſer damals Hof gehalten. Es ſtehet alſo faſt ſo wenig zu behaupten, daß er gewiß zu Anfang dieſes Jahres geſtorben, als daß er noch gewiß vor dem Monat Jul. gelebet. Wir müſſen derowegen noch deutlichere Nachrichten von der rechten Zeit ſeines Abſterbens aus den Archiven erwarten, ich habe dieſes nur zur weitern Unterſuchung anmerken wollen.

* *

XXXV.

GVNTHERVS,

COMES DE KEVERENBERG,

et alii placitant inter Woldemarum Marchionem quondam Brandenburg. et ciues Wusterhusanos de telonico. A. 1323.

Ex Orig.

Nos *Güntherus* Dei gratia Comes in *Keuerenberg* (a) et Schwarzenberg nec non *Redeko de Redern* et Rudolfus Rose milites recognoscimus, et universis ad quorum notitiam presens scriptum per-

(a) Die Grafen von Keuerenberg haben ihren Namen vermuthlich von dem alten Schloß Keuerenberg, dessen Rudera ohnweit Arnstadt annoch zu sehen, bekommen. Bey Erbauung des Schlosses sollen sich viele Kefer gefunden haben, die Gelegenheit zu diesen Namen gegeben, wie sich denn in des SCHAMELII *Thuringia Sacra Tom. I. p. 464* ein Bracteatus eines Grafen von Keuerenberg findet, der einen Kefer vorstellet, *confer.* HEYDENREICHS *Historie der Fürsten von Schwarzburg p. 400.* Vermuthlich ist dieser Graf Günther eben derjenige welchem, nach des PFEFFINGERI *in der Lüneburg. Historie Tom. I. p. 230* Bericht, Marggraf Woldemar circa A. 1318 die Grafschaft Luchau conferiret, nachdem die Grafen ausgestorben, von denen solche der Herzog von Braunschweig Otto strenuus gekaufet, wie PFEFFINGER *l. c. p. 230* und IMHOF *in Notit. Procer. Lib. IV. c. 4. §. 8* vorgeben. Allein ich

peruenerit denudamus, quod placitauimus inter Dominum *Waldemarum Marchionem pie recordationis et ciues de Wosterhusen* sub hac forma, quod idem Dominus noster *Waldemarus* Marchio pro universis debitis dictorum civium, telonicum eidem civitati adjacens contulit libere ab omni exactione impetitione et qualibet occasione semota, sicut ipse habuit perhenniter possidendum sub justo titulo pheodali. *Datum Bützou* Dominica Exurge anno Domini M. CCC. XXIII.

XXXVI.

ich muß gestehen, daß alles wegen der Grafschaft Luchau noch sehr dunkel, und wäre zu wünschen, daß man nähere und gewissere Nachrichten hätte, wie solche von der Alte Mark abgekommen. Vorangeführte beyde Historici wollen es nicht thun, weil sie hierunter nicht ex fontibus geschrieben. Wie ich denn eben anjetzo ein Document Marggraf Woldemars de A. 1310 in des OELRICHS *Diss. de Botding et Lodding in App. p. 8* finde, wo unter den Zeugen: Nobilis Güntherus Comes de Keuerberghe *et de Luchow*, stehet, folglich was oben aus dem PHEFFINGER angeführet, schon falsch ist, und die Grafen von Keuernberg also 1310 schon die Grafschaft Lüchau besessen haben. Mich wundert indessen, daß angezogener Hr. HEYDENREICH in seiner Schwarzburgischen Historie gar nicht mahl erwähnet, daß die Grafschaft Luchau einige Zeit denen Grafen von Schwarzburg gehöret, da er doch ein eigen Caput darinnen ausgeführet *p. 427* Von denjenigen Landen, Stedten, Schlössern so die Grafen von Schwarzburg in vorigen Zeiten besessen.

Digitized by Google

* *

XXXVI.
LVDEVICVS,

MARCHIO BRANDENB.

ciuitati Brandenburg confirmationem literarum Ludouici Imperatoris promittit.

A. 1324.

Ex Orig. Arch. Brand.

Lodeuicus Dei gratia Brandeburgenſis et Luſatie Marchio, Comes Palatinus Rheni Dux Bauarie, Sacri Imperii Archicamerarius fidelibus ſuis et dilectis Conſulibus in antiqua *Brandeburg* gratiam ſuam et omne bonum. Veſtram fidelitatem nullatenus volumus dubitare quin omnem gratiam vobis per ſerenisſimum Dominum noſtrum Dominum *Lodeuicum* Romanorum Regem genitorem noſtrum carisſimum factam et ſuis literis confirmatam velimus vobis per omnia confirmare. Et jam hoc fecisſemus ſi copiam illarum habuisſemus literarum. Dum enim ad vos venerimus confirmabimus vobis easdem literas de verbo ad verbum benevola voluntate. Ad quod nihilominus faciendum et implendum nos per preſentes duximus fideliter et firmiter obligandum. Datum *Stendal* ſub noſtro ſigillo anno domini M°. CCC°. XXIIII°. Dominica ante purificat. S. Marie.

Digitized by Google

* *

XXXVII.

LVDOVICVS,

MARCHIO,

confirmat literas Henrici Comitis Aſcaniae quondam tutoris Marchiae Brandenb. ciuitati Werben datas ſuper emtione prati Prinzlone et bonis ad fluuium Sure pertinentibus. A. 1335.

Ex Cod. Gundling.

Ludovicus Dei gratia Brandenburg. et Luſatie Marchio Comes Palatinus Reni &c. prudentibus viris et diſcretis Conſulibus cum *univerſitate ciuitatis Werben* preſentibns et futuris gratiam ſuam et omne bonum. Noti et incliti fidelitate ob conſtantiam quam per experientiam actualem nobis per vos comprobauimus exhibitam privilegium infra ſcriptum quod vidimus in toto et in omni ſua poteſtate duximus approbandum vobis *per nobilem virum Henricum Comitem Aſcanie quondam tutorem Marchie Brandenb.* bone memorie datum et conceſſum prout ſequitur in his verbis (a):

(a) Es ſtehet zwar dieſes Document ſchon bey dem BECKMANN *Tom. IV. Hiſt. Anhalt p. 528*, da aber allhier die Confirmation von Marggraf Ludewig dabey, ſo habe ſolches ex Cod. Gundling. nochmals abdrucken laſſen.

„Henricus DEI gratia Comes Aſcanie et Tu„tor (b) Marchie Brandenburgenſ. omnibus auditu„ris ſeu hanc paginam viſuris in vero ſalutari ſalu„tem. Cum humana ſepe negotia vetuſtatis mor„ſibus attenuata depereant, et eorum notitiam com„mutet poſteritas ſucceſſiva niſi certis notis in pa„gina deſignentur, ea que modo gerimus literarum „indi-

(b) *conſer.* BECKMANN *in Chronic. Anhalt. Tom. IV. p. 528.* wo er weitläuftig von dieſer Vormundſchaft handelt. Man muß hiebey die doppelte Vormundſchaft ſo wohl des Grafen von Aſcanien als des Erzbiſchofs von Magdeburg bemerken. Die Vormundſchaft des Grafen von Aſcanien rührete ex jure agnationis her, dem Erzbiſchof von Magdeburg aber war ſolche vom Kayſer und zwar *tutela omnium feudorum - - quae Aneuelle vulgariter appellantur* aufgetragen worden. Jene betraf wohl mehrentheils nur curam ſpecialem principum iuuenum, dieſe aber gieng ſelbſt auf die Adminiſtration der Churmärkiſchen Länder. Dahero die Marggräfinn Mechtildis nebſt den beyden Söhnen Johann und Otto eben dieſe Vormundſchaft ratione der Länder dem Erzbiſchof für 1900 Marck Silbers, als einer großen Summe Geldes A. 1221 abkauften, davon der Kaufbrief bey dem BECKMANN *Tom. I. p. 527* zu leſen. *Aneuelle* bedeutet entweder tutelam fructuariam wie allhier, oder auch ſucceſſionem feudalem, *vid Obſeruat. Von der geſammten Hand im IIten Stuck des Abriſſes von dem neueſten Zuſtand der Gelehrſamkeit p. 172. conf.* LVDEVIG *in Diſſ. de tutela fructuaria p* - Sie war ſehr theuer von den jungen Marggrafen bezahlet, und deswegen fiengen ſie, nachdem ſie mündig geworden, mit dem Erzbiſchof einen Krieg an, der aber nicht zu glücklich für ihnen ausfiel, CHRONIC. MAGDEB. *ap.* MEIBOMIVM *Tom. II. p. 330.*

Digitized by Google

„indiciis confirmemus. Scire cupimus univerſos „tam preſentis temporis quam futuros quod *nos „una cum noſtris nepotibus de Brandenburg.* pro quo„dam debito perſolvendo habito ſuper conſilio tam „nobilium quam miniſterialium diſcretorum *Bur„genſibus de Werben vendidimus pratum unum Prinz„lone et bona illi fluvio qui Sure dicitur attinentia* cum „omnimodo ipſorum prouentuum perceptione et „volumus ut titulo proprietatis ſibi jam dicta bona „prefati Burgenſes libere poſſideant ac vſurpent, „ita quod communitas de *Werben* ea capiat perpe„tuo poſſidenda. *Statuimus etiam Advocatum ci„uitatis ſepius memorate auctoritatem habere judi„candi in bonis jam dictis ſecundum conſuetudinem „Advocatorum* nec ad aliquem alium judicem ha„bere reſpectum cauſa judicandi ſive querimonias „deferendi bonorum homines preditorum. Quod „ut in preſenti robur obtineat firmitatis et certum „permaneat in futurum preſentem ſuper hoc pagi„ginam ſtudioſe conſcriptam nominibus teſtium ex„plicatis videlicet *Comites Vlrici de Luchoue, Comitis „Sigfridi de Oſterburg, Comitis Conradi de Dannen„berg, Aluerici militis de Kerkow, Gerhardi de Car„thoue, Johannis Gans, Thegerhardi, Goſumi, Thiderici „de Oſterburg, Henrici fratris ſui, Gerhardi de Beliz, „Tiderici de Eickſtede, Ottonis Aduocati de Bertiggo, „Henrici de Stendal, Sigfridi de Stegeliz, Alberti „Aduocati de Spandoue, Henrici de Kongermarck, „Friderici de Kemeric, Johannis et Arnoldi de Wer„bene,* ac noſtri ſigilli munime *noſtrorumque teſti„monio cognatorum et ipſorum ſigillo* duximus ro„dorandum. Actum anno dominice incarnationis

„M. CC. XXV. Indictione VIII. - - „ Predictum siquidem privilegium ad instantiam vestram devotam quod omnes articulos in eo positos et specialiter ac nominatim pratum in Prinzlow quondam dictum *quod nomine Silua Colpin* nominatur approbamus, ratificamus et prout rite et rationabiliter possidetis adeptique estis presentibus confirmamus. In cuius rei testimonium presentes conscribi, sigillique nostri appensi munimine jussimus communiri. Testes hujus rei sunt *Tilemannus de Segenberg, nostre Camere Magister, Henningus de Boden, Lud. de Wedel* milites, *Albertus de Wolfstein curie nostre Magister, Ericus de Blanckenburg secretarii* nostri dilecti cum aliis fide dignis. *Datum Spandow* anno Domini M. CCC. XXXV. feria VI. post Dominicam qua cantatur Letare.

* *

XXXVIII.

PETRVS DE MYLEN,

vendit fratribus Kalend. in Sehusen jus feudale vnius mansi in Holthusen.

A. 1346.

Ex Cop. membr.

Nouerint universi presencia visuri seu audituri, quod nos *Arnoldus de Rossou, Vicko de Krügen, Otto de Ghere* (a) famuli publice protestamur per

II. *Herzog* OTTO *von Braunſchweig* confirmiret den Einwohnern der Stadt *Salzwedel* ihre priuilegia und Gerechtigkeiten. A. 1324. *Ex Orig. memb. Arch. Soltw.*

III. OTTO *Dux Brunſuicenſis* et AGNES *Duciſſa* donant villam *Querſtede* monaſterio *Neuendorff* A. 1325. *Ex Copiar. Saec.* XV.

IV.

Digitized by Google

IV. IDEM cum coniuge AGNES *Duciſſa* appropriat eccleſiae nouae ciuitatis *Soltwedel* curiam in villa *Ritze*. A. 1326. *c. ſigillis titulo huius Partis III. praefixis. Ex Orig. membr.*

V. IDEM cum coniuge AGNES *Duciſſa* donant tria fruſta reddituum ex villa *Mollenbeke* monaſterio *Neuendorff*. A. 1329. *Ex Copiar. Saec.* XV.

VI. IDEM et coniux eius AGNES donant proprietatem villae *Greuenitz* monaſterio *Neuendorff*. A. 1330. *Ex eod. Copiar.*

VII. AGNES *Hertzogin von Braunſchweig* ſchencket dem Cloſter *Neuendorff* einige Einkünfte aus dem Dorffe *Dalen*. A. 1333. *Ex eod. Copiar.*

VIII. OTTO Dux et coniux eius *Duciſſa* AGNES conferunt monaſterio *Neuendorff* XVIII. ſolidos ex villa *Querſtede*. A. 1334. *Ex eod. Copiario.*

IX. IDEM vendit monaſterio Neuendorff reditus ex villis *Statz* et *Borritz*. A. 1335. *Ex eod. Copiar.*

X. IDEM appropriat reditus ex villa *Putlenz* eccleſiae S. Catharinae in noua ciuitate *Soltwedel*. A. 1337. *Ex Orig. membr.*

Entwurf der Geſchichte *Marggrafs* IODOCI *von Brandenburg*, cum Appendice documentor. ineditor.

Digitized by Google

I.

OTTO

MARCHIO BRANDENBURG.

ciuitati Brandenburg libertatem thelonei indulget. A. 1170.

Ex Orig. archiui ciuit. Brandenb.

IN NOMINE SANCTAE ET INDIVIDVAE TRINITATIS. Notum sit vniuersitati fidelium tam praesentibus quam futuris nunc et in perpetuum. Ego *Otto* dei gratia *Brandeburgensis Marchio* et *Iudita vxor mea*, filiique nostri *Otto* maior et *Henricus* minor principatum et titulum nominis officiique nostri ad hoc a Deo nobis impositum agnoscimus, vt patres orphanorum et iudices viduarum simus. Practerea delicta quibus ex necessitate secularium negotiorum inuoluimur multiplici elemosynae largitione oportet vt emaculemus. Vnde est quod ciues nostri Brandeburgenses ad sinum

Digitized by Google

miſericordiae noſtrae concurrentes et gratiam noſtram impetrantes ab omni exactione telonei ex hoc nunc et in perpetuum abſoluimus. Accidit autem vt praenominatus Marchio ſedens in caſtrum ſuum *Hauelberg* ad *placitum ſuum* quod vulgo dicitur *Botting* pro tribunali a Baronibus ſuis inquiſiuit, quod caſtrum principatus eius ſpecialiter principale nomen teneret, ſurgens quidem vnus de primis conſilii et palacii domini Marchionis nomine *Borchardus* pro omnibus et prae omnibus circumſedentibus reſpondit, prae coeteris caſtris totius Marchiæ *Brandeburg* glorioſum eius nomen eſt et *famoſum regale caſtrum*, *camera imperialis*, *ſedes epiſcopalis*. Ea propter deliberato a Marchione et primatibus eius communi conſilio ciuibus Brandeburgenſibus liberam emendi et vendendi per omnem terram ditioni noſtrae ſubiectam data eſt poteſtas absque teloneo. Generaliter autem teloneum de piſcibus non remiſit, niſi tantum de allecibus, murenis, et laſſis. Quicunque hanc perpetuam iſtius confoederationis violauerit ſtabilitatem Brandeburgenſis Marchionis et eius ſucceſſorum incurriſſe nouerit offenſionem. Anno dominicae incarnationis M°. C°. LXX°. regnante domino *Friderico imperatore* et domino *Epiſcopo Willemaro Brandeburgenſi* coram idoneis teſtibus haec data ſunt. Haec ſcripſit *Wiricus Francigena*, capellanus domini Marchionis Ottonis (*).

(*) Mir deucht zwar, daß dieſe Urkunden ſchon ediret, da dieſe Abſchrift aber accurat nach dem Original, ſo noch itzo in dem Archiv der Stadt Brandenburg

cum

cum Sigillo vorhanden, genommen, so habe ich kein Bedenken gehabt, sie hier beyzufügen. Das Siegel daran, ist ein Sigillum pedestre, wie die meisten Marggrafen aus dem Ascanischen Hause gebrauchet, und stellet einen geharnischten Mann vor, so in der rechten Hand eine schmale lange Fahne hält, in der linken aber ein dreyeckigtes Schild mit einem Adler. Die Umschrift ist, Sigillum Marchionis Ottonis Bran - - - - sis.

* *

II.

GEVEHARDVS

COMES DE ARNSTEIN

aduocatiam ecclesiae in Litzke recipit et protectionem pro se et heredibus eidem promittit. A. 1211.

Ex Copia recent.

In nomine Domini amen. Ego *Geuehardus Nobilis de Arnstein*, qualiter ecclesiam *Litzkensem* cum suis hominibus in mea ptotectione susceperim, et quomodo iudicium in subditos ipsorum ad me deuolutum sit huic pagine annotari feci ad cautelam presentium et notitiam futurorum. Cum venerabilis pater dominus *Albertus Magdeburgensis Archiepiscopus* et illustris princeps dominus meus *Albertus Marchio Brandenburgensis* ad diem placiti inter se assumtum prope ciuitatem *Borch* conue-

nissent et ego placitis interessem, religiosi viri *Reynerus prepositus*, *Paulus prior*, *Rudengerus Cellarius* et *Alexander plebanus in Cedenick* cum quibusdam aliis canonicis suis de *Lizke* ibidem venerunt et quod ecclesiam ipsorum Litzensem cum suis subditis in mea defensione susciperem instanter me et quam intime petiuerunt, adiicientes etiam hoc quod *denarii* qui vulgariter dicuntur *Vogetpennige* videlicet VII. talenta cum VII. solidis et frumentum quod dicitur *Hundkorn* scilicet XXI. choros cum X. modiis vtriusque frumenti ordei et auene et expensas iudicis pertinentes annuo tempore mihi et heredibus meis ipsorumque successoribus dare deberent subditi ipsorum sicut ante tempora ista *Euenero* et *Richardo* eius filio *dominis de Lyndoue* ipsorum quondam defensoribus ac iudicibus dare consueuissent. Preterea volentes pro correptione et insolentiis subditorum suorum compescenda quod Aduocatus meus ter in anno tantum videlicet feria secunda post pascha, feria secunda in rogationibus et feria secunda proxima post epiphaniam domini in proprietate ecclesie in monte videlicet aut in allodio ante ecclesiam sito nomine ipsius ecclesie iudicio president excessus et insolentias corrigat, et *tertius denarius cadens in iudicio qui vulgariter dicitur Weddepennig meis vsibus applicetur*, *reliquos vero duos denarios in signum proprietatis aduocatie sibi retinuerunt. Hos tantum casus et nullos alios aduocatus meus siue successores meorum iudicare debebit*, videlicet *de homicidio*,

de

de furto, de caſu qui dicitur Huſſokinge, de violento capto feminarum, de ſanguinis effuſione vi armorum facta. Alia vero omnia Nuntius eccleſie ad hoc deſtinatus conſilio prepoſiti tractet et diſponat, et nunquam ipſe aduocatus niſi ab eccleſia vocatus iudicio ſe ingerere debet, preterquam in caſibus et in temporibus ſupra dictis, nec iudicaturus aſſumet ſibi quemlibet de ſuis ſed de eccleſia iuxta id quod placuerit prepoſito, qui cum eo iudicio preſideant et in diſcernendis cauſis et adinueniendis iudiciis collaborent promouendo iuſtitiam preſentibus accuſatoribus et accuſatis. Ego vero beniuolentiam ipſorum erga me attendens, et orationibus ipſorum tam in vita quam in morte participari cupiens ob reuerentiam dei et B. virginis Marie ac in remedium ſalutis anime mee defenſionem dicte Lytzkenſis eccleſie cum iudicio ſubditorum ſuorum acceptaui et accepto, et tam nomine meo quam nomine heredum meorum omniumque ipſorum ſucceſſorum veram protectionem tanquam noſtris ſubditis bona fide repromitto. Nec aliquas exactiones vltra premiſſa a prepoſito exigere volumus vel expetere, ſed praemiſſis omnibus contenti exiſtere, niſi forſan quicquam datum nobis fuerit de vltronea prepoſiti et eccleſie voluntate. Et ad hec omnia et ſingula obſeruanda quamdiu eccleſiam Litzkenſem cum ſuis ſubditis in noſtra habuerimus defenſione, aſtringo me et heredes meos ipſorumque ſucceſſores vsque in infinitum et obligo in his ſcriptis. Inſuper adiectum fuit inter nos quod ſi ego vel heredes mei

aut eorum filii vel ſucceſſores contra ſupradicta faceremus, videlicet expenſis aut ſeruitiis eccleſiam vel ſuos ſubditos grauando exactiones aut violentias eisdem faciendo, vel ſi iudicium in ſubditos eccleſie non ſecundum formam ſuprapoſitam, ſed ad noſtrum velle peragi per noſtros aduocatos faceremus, aut ipſam eccleſiam cum ſuis hominibus contra ipſorum inuaſores tamquam noſtros ſubditos non defenderemus aut certo ipſa eccleſia cum ſuis ſubditis ſi per noſtros inimicos tempore noſtre werre nimium deprimeretur noſtrique de cauſa grauaretur, ſiue etiam iudicium eccleſie ſubditorum quod rogati ſuſcepimus tamquam aduocatiam venderemus vel etiam idem iudicium aliis locaremus, quod omnino facere non poſſumus nec debemus, extunc damus eidem eccleſie cum ſuis cauſam et viam a nobis recedendi, nam tunc poſſunt eccleſia Litzkenſis cum ſuis ſubditis iuſta de cauſa a nobis recedere etiam preter noſtram voluntatem, et per ſe ſuos ſubditos regere, vel ſi placet alium ſibi poteſt eligere defenſorem, et tunc omnia illa que ego vel heredes mei aut ipſorum ſucceſſores pro defenſione et iudicio ipſorum annuo tempore conſequi ſolebamus videlicet denarii qui dicuntur *Vogetpennige* ſupradicti et frumentum quod dicitur *Hundkorn* et tertius *denarius iudicialis* qui dicitur *Weddepenninge*, et ſi que ſunt alia ad iudicia pertinentia libere redibunt ad eccleſiam Litzkenſem ſupradictam, neque heredes mei aut eorum ſucceſſores ſi vsque ad decimam lineam aut vltra deſcende-

ſcenderent prefate Litzkenſi eccleſie defenſionem et iudicium tanquam Aduocatiam iure hereditario, ad eos deuolutam ex temporum vel annorum diuturnitate etiamſi per CC. vel mille annos poſſederint modo quouis poterunt vel debebunt ſibi preſcribere, quia re vera nullo donationis, nullo emtionis, nullo proprietatis vel hereditatis aut nulli pheodi titulo iudicium et patrocinium dicte Litzkenſis eccleſie poſſideo, quod ſicut ante dictum eſt, non vt Aduocatus inſtitutus, ſed tamquam defenſor precibus exoratus propter deum et ſalutem anime mee et propter ſalutem animarum omnium predeceſſorum meorum et ſucceſſorum meorum ſuſcepi et ſuſcipio ſicque poſteris meis et non alio modo quam ſupra ſcriptum eſt, ſi defenſores et iudices ſubditorum predicte Litzkenſis eccleſie eſſe voluerint, tenenda et habenda relinquo. Igitur ne heredes meos aut ipſorum quoslibet ſucceſſores ſi apud eos aliquamdiu permanſerit iudicium et protectio ſubditorum memorate Litzkenſis eccleſie, cum eandem eccleſiam contingat aliquatenus diſcordare ſuper iudicio memorato, vt veritas magis pateat et dubium omne conquieſcat, ſepedicte Litzkenſi eccleſie per Alexandrum in *Cedenick* plebanum ipſorum concanonicum transmiſi hoc teſtimoniale ſcriptum ſigilli mei appenſione roboratum ad notitiam clariorem quorumlibet futurorum. Teſtes horum ſunt venerabiles patres *Albertus Magdeburgenſis Archiepiſcopus, Baldewgnus Brandenburgenſis epiſcopus, Guncelinus Brandenburg. prepoſitus, Henricus Ple-*

banus in Mokerne, Magiſter Arnoldus de Pethene, Borchardus vicarius in Borch, dominus meus Albertus Marchio Brandenburgenſis, Badericus Comes de Belzick, Rudolphus miles dapifer, Gumbortus de Luborch, Richardus de Czeruitz, Richardus de Plawe, Henricus de Lotzowe, Sifridus prefectus de Litzke, Iohannes Kelme aduocatus meus, et alii quam plures clerici ac laici fide digni. Datum *Borch* anno dominice incarnationis M°. CC°. XI. in craſtino aſſumtionis B. Marie virginis glorioſe (*).

Auſcultata et collationata eſt preſens copia per me *Arnoldum Kramptzo* Clericum ciuitatis Halberſtad. publicum ſacra imperiali auctoritate notarium, et concordat cum ſuo originali ſigillato quod atteſtor manu propria.

(*) Dieſe Urkunde erkläret vortrefflich indolem et officium Aduocatorum monaſticorum, und iſt daher beträchtlich. Man kann hiebey PAVLINI *Tr. de Aduocatis monaſticis*, ſo in ſeinem *Syntagmate Antiqu. Germanic. p.* 533. ſtehet, conferiren, und wäre dieſe Materie wohl werth, daß ſie von neuem aus dem Grunde abgehandelt würde, weil des PAVLINI Werkchen nur kurz, und nach ſeiner Zeit die beſten Subſidia dazu erſt ans Licht gekommen.

III.

Digitized by Goog

* *

III.

SIFRIDVS

COMES DE OSTERBURCH

donat monaſterio Neuendorff quicquid in villa Vethen habuit. A. 1233.

Ex. Orig. membr.

IN NOMINE SANCTAE ET INDIVIDVAE TRINITATIS Ego Comes Sifridus de Oſterborch ſalutem in Chriſto fidelibus vniuerſis. Cum leges et iura veterum, inſtituta patrum quibusdam inſtrumentis corroborent, oportet ea temporis inſtantis nationibus innouari propter vitioſam quorundam modernorum conſuetudinem que ſolet antiquis priuilegiis obuiare. Innoteſcat igitur vniuerſitati fidelium quod in honore dei genitricis marie predeceſſores mei in *Vethene* quicquid libere poſſidebant *nouellae congregationi eccleſiae nempe ſanctae mariae in Nigendorpe*, contuli miniſtris eius iugiter poſſidendum. Vt ergo hec rata et inconuulſa permaneant preſentem paginam ſigilli mei munimine roboraui! Datum in *Oſterborch* anno incarnationis domini M°. CC°. XXXIII°. X°. Kl. Decembris (*).

(*) Das Siegel daran iſt accurat daſſelbe, ſo in den ORIGIN. GVELFIC. *Tom. IV, p.* 144. der berühmte Herr Hofrath SCHEID hat abſtechen laſſen.

lassen. Es stellet einen geharnischten Mann zu Pferde vor, so in der rechten Hand eine kleine Fahne hält, und auf dem Helm gleichfalls zwo kleine Fahnen stehen hat, mit der Umschrift: Sigillum Sifridi Comitis de Osterburech, und ist sonsten den Sigillis equestribus Comitum huius aeui überall gleich. Dieser letzte Graf von Osterburg hat sehr viel an den Herzog Ottonem Puerum verkaufet, davon die Charte Herr SCHEID in Orig. Guelfic. *Tom. VI. p.* 143. *et seq.* ex originalibus ediret.

* *

IV.

IOHANNES ET OTTO

MARCHIONES BRANDENB.

varia ciuitati Spandou indulgent iura et locum Bens eidem conferunt. A. 1244.

Ex Copia.

In nomine sancte et Indiuidue Trinitatis *Iohannes* et *Otto* Dei gratia Marchiones Brandenburgenses omnibus in perpetuum. Vniuersa negotia mandata literis et vocibus testium ab vtroque trahunt indissolubile firmamentum. Notum nos esse volumus tam praesentibus quam posteris, quod nos burgensibus habentibus hereditatem in ciuitate *Spandou* libertatem dedimus vsque ad octo annorum expletionem ab omni exactione precaria, seruitio, theloneo tam pontatico quam agrestico

per

Digitized by Google

per omnes terminos noſtros et terrarum noſtrarum territoria liberos eos decernentes. Adiicimus etiam ciuitati locum qui *Bens* dicitur, qui fuerat aduocati Alberti et filii ſui Borchardi cum omni iure, vt ſit particeps conſolationis preſentis et communiter ſeruicii futuri et laboris. Expletis autem octo annorum ſpaciis ſtatuimus et volumus vt eadem iura que habent ciues Brandenburgenſes teneant et obſeruent. Permiſimus etiam ipſis eccleſiam forenſem quam clauſtro contuleramus, eximere per reſtaurationem et conferre ſacerdoti, qui cum ipſis faciet perhenniter reſidentiam in eadem ciuitate. Sed ne aliqua in poſterum calumpnia poſſit ſuboriri, teſtes adhibuimus quorum nomina ſunt, *Henricus Sigfridus de Haſſel, Bartholdus de Veltberg, Theodoricus de Stralou, Willekinus de Tornou, Theodoricus de Oderberg, Johannes de Redixſtorp, Magiſter Adam, et Ludolfus capellanus curie* et alii quam plures, et preſentem paginam ſigillorum noſtrorum fecimus appenſione roborari. Actum in *Spandou*, Anno dominice incarnationis M. CC. XLIV. Kal. Auguſti.

V.

V.

IOHANNES ET OTTO

MARCHIONES

praeſcribunt iura et indulgent ciuitati Pritzwalck. A. 1256.

Ex Cod. Gundling.

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDVE TRINITATIS *Johannes* et *Otto* dei gratia Marchiones Brandenburgenſes omnibus in perpetuum. Accedentes ad nos dilecti ciues noſtri de *Prizwalck* nobis humiliter ſupplicarunt quatenus ipſis talia indulgere iura et concedere curaremus qualia ciues noſtri de *Sechuſen* noſcuntur antiquitus habuiſſe, quorum precibus ipſorum exigentibus cupientes annuere animo liberali eadem iura ipſis duximus conferenda inſerentes eadem preſenti Cedule prout continetur inferius in hunc modum. (*) Si in dicta ciuitate *Prizwalck* duo legitime ſociati viuunt moriente altero ipſorum viuens obtinebit dimidiam partem hereditatis et alteram partem heredes, illegitimis vero ius ſeruabitur generale vndique comprobatum. Item ſi ſeruus et ancilla intrarunt ciuitatem *Prizwalck*

et

et manſerint in ipſa per diem et annum propter gratiam in ea obtinent plenam libertatem. Item ſi aliquis vir duxerit vxorem vel femina virum et receperit liberos, partem hereditatis ſue ſi moriente vno parente ſuo velit partem hereditatis ſue tollere cum heredibus referat partem dimidiam quam accepit, ſi vterque parens moritur referat totam ſummam aut ſuperſedeat. Item ſi aliquis vir moriente vxore ſua vel femina moriente viro ſuo habuerit paruulos quibus non diuiſit hereditatem, ſi vir ducit aliam vxorem vel femina nubit alteri viro heredes tollent tres partes hereditatis et vir vel femina quartam partem. Item ſi vir moriente vxore ſua vel femina moriente viro ſuo habuerit paruulos quibus hereditatem diuiſit et illi mortui fuerint antequam contraxerint matrimonium dimidia pars hereditatis illorum reuertetur ad parentem et altera pars cedet proximis in linea conſanguinitatis. Item ſi duo fuerint legitime ſociati et plaga mortis interuenerit prima nocte copule ipſorum dimidia pars hereditatis cedit heredibus vtrorumque. Item ſi duo legitime ſociati moriantur absque paruulis hereditas ipſorum redit ad vtrumque parentem. Conſulibus etiam ciuitatis hanc indulſimus poteſtatem, vt ſi piſtor excedit tres ſolidos perſoluat in *Vadio*. Qui excedit in reiectione pontis tres ſolidos perſoluat. Item exceſſus modii vel vlne aut ponderis vel exceſſus in menſura cereuiſie decem et octo ſolidos perſoluat. Qui munitiones et ſalices munitioni adiunctas leſerit

decem

decem et octo ſolidos perſoluat. Ad commune opus ciuitatis non veniens tres ſolidos perſoluat, item nullus ciuis de Prizwalck debet occupari vel detineri in aliqua ciuitate Marchie niſi primo fuerit accuſatus coram ſuo iudice. Item ſi ſeruiens pro pretio, in ſeruicio domini ſui perdit vitam ſuam dominus non tenetur de morte ipſius niſi vt perſoluat ipſi pretium. Nec ſeruus aliquis per litigium vel per ludum equum vel cetera bona domini ſui perdere vel vendere poteſt. Item ſi quis ciuium dicte ciuitatis accommodauerit bona ſua homini cuicunqne debitor tenetur ipſi reſpondere in ciuitate exceptis *noſtris Miniſterialibus, militibus, atque ſeruis* (**). Item ſi aliquis pro crimine ſibi impoſito in ciuitate *Prizwalck* in vinculis detineatur nemo ipſum per violentiam excipiet ſine voluntate ciuitatis niſi ſit dominus terre. Si aliquis aduena moritur absque heredibus, ciuitas debet bona ſua conſeruare per diem et annum, et ſi nemo venerit requirens bona tempore intermedio, bona ipſius tradantur poteſtati. Item quicquid edificatur in ciuitate *Prizwalck* ad vſus ciuitatis, ciuitas debet vti ex ipſo edificio quantum poteſt ſine damno et detrimento noſtri cenſus. Nec aliquis incidet pannum in dicta ciuitate ſine conſenſu fraternitatis mercatorum. In communi cenſu quatuor denarios queuis area dabit. Item ſi aliquis ciuis de ciuitate *Prizwalck* querimoniam fecerit de ſuo conciue extra ciuitatem *Prizwalck*, niſi ipſum primo accuſauerit coram iudice ſuo per-

Digitized by Google

perſoluat *vadium* poteſtati et ciuitati ſuum *vadium*. Ne autem ſuper his cauilloſa poſſit in poſterum rimula inueniri preſens ſcriptum noſtrorum ſigillorum appenſionibus duximus roborandum. Teſtes fideles et idoneos adhibentes quorum nomina ſunt hec, *Johannes Gans de Perlebergh*, *Albertus de Redekesdorf*, *Albertus de Wanighe*, *Wernerus de Arneborgh*, *Hubertus de Vchtenhagen*, *Vlricus de Crocber*, *Bertramus de Briſen*, *Conradus de Oſterborgh*, et alii quam plures. Datum *Sandoue* Anno domini M°. CC°. LVI°. decimo Kal. Auguſti per manum Henrici curie noſtre notarii.

(*) Dieſe Urkunde giebt viele Erläuterung in iure Germanico, nur ſchade, daß die Copie nicht recht accurat abgeſchrieben.

(**) Hier iſt das Wort *ſeruus* an ſtatt *famulus* geſetzet, welches eben nicht gar oft geſchehen, doch findet man einige Exempel; ſtehet aber ſolches *inter teſtes nobiles ſeu liberos*, ſo werden zum Unterſcheid derſelben dadurch *miniſteriales* verſtanden. LEYSER *in Obſeruat. de Seruis nobilibus p.* 6. hat von dieſen ſeruis einen ſehr irrigen Begriff gehabt.

VI.

Digitized by Google

VI.

IOHANNES OTTO ET CONRADVS

MARCHIONES BRANDENB.

donant ciuitati Brandenburg censum arearum den Grund Schoss. A. 1280.

Ex Orig. Archiui Brandenb.

Iohannes Otto et *Conradus* Dei gratia *Marchiones Brandenburgenses* omnibus Christi fidelibus hanc literam inspecturis salutem in perpetuum. Quemadmodum tempus mobile defluens est et fluit, sic et cum tempore temporales defluunt actiones, solummodo enim diuina sunt perfecta, humani autem generis conditio est defluens in infinitum et ideo in ea nihil est quod perpetuo stare possit. Propter quod notum sit vniuersis Christi fidelibus tam presentis temporis quam futuri, quod nos nostro nostrorumque maturo consilio et libera voluntate dimisimus et donauimus ciuitati nostre *Brandenburch* vniuersam pensionem siue censum arearum quam in ipsa ciuitate dinoscimur hactenus habuisse nec non burgensibus nostris ibidem commorantibus perpetuo possidendum ad vsum ciuitatis prelibate et commodum. Vt autem hec nostra

noſtra donatio tam a nobis quam a noſtris ſucceſſoribus ſtabilis et inconuulſa perſeueret preſentem paginam inde confectam ſigillorum noſtrorum apicibus iuſſimus communiri. Adhibitis nihilominus teſtibus idoneis quorum nomina ſunt hec, *Iohannes de Gryffenherch*, *Conradus de Snetlinge*, *Otto pincerna milites* et quam plures alii fide digni. Actum et datum *Brandenburch* anno dominice incarnationis M°. CC°. LXXX°. in die ſeptem fratrum per manum domini *Iohannis de Brunswich* noſtre curie Notarii.

* *

VII.

OTTO ET CONRADVS

MARCHIONES BRANDENBVRG.

appropriant villam Lukenberge ciuitati Brandenburg. A. 1295.

Ex Orig. arch. Brandenb.

Otto et *Conradus* Dei gratia *Marchiones Brandeburgenſes* et *de Landesberg* omnibus in perpetuum. Quum nihil in mundo maneat quin deleat illud etas, eſt mentis ſcriptura fidele ſigillum. Ne igitur geſte rei memoria labente tempore ſimul cum tempore dilabatur dignum videtur et eſt, vt ea que per nos fiunt cum ſubſcribtione teſtium in acta publica redigantur. Notum ergo

Digitized by Google

esse volumus vniuersis Christi fidelibus presens scriptum intuentibus tam presentis temporis quam futuri quod ad instantiam et petitionem carorum nostrorum Burgensium de *Brandenburg* villam seu locum *Luckenberge* cum omnibus suis attinentiis, agris, pratis, pascuis, viis, et inuiis, ciuitati predicte *Brandenburg* apponimus perpetuis temporibus tali iure quod *Stadt-Recht* dicitur in vulgari. Ita etiam quod agri hujusmodi de ciuitate predicta tantummodo excolantur. Adiicimus siquidem quod possessores agrorum ville prefate vel loci *pachtam* rediment cuiuslibet frusti pro tribus talentis monete Brandenburg. peroptime et legalis. Quod si facere noluerint Burgenses nostri predicti pro tanto pretio vt predictum est pachtam rediment memoratam vel cui id duxerint committendum, qui de quolibet manso soluet duos solidos annuatim, et ad hec efficienda et implenda aduocatis nostris qui nunc sunt ibidem vel pro tempore fuerint per presentes damus et concedimus plenariam potestatem. Vt autem predicta omnia et singula per nos heredes et successores nostros perpetuo inuiolabiliter obseruentur presens scriptum conscribi fecimus et sigillorum nostrorum firmari iussimus munimento. Testes huius rei sunt *Bertoldus pincerna*, *Zabellus de Bardeleue*, *Theodoricus de Quitzoue*, *Theodoricus de Bernewolde aduocatus in Rathenou* milites fideles nostri et quam plures alii side digni. Actum et Datum *Sandowe* sub annis domini M. CC. nonagesimo quinto in die beatorum Philippi et Iacobi apostolorum.

VIII.

* *

VIII.

OTTO

MARCHIO BRANDENB.

confert proprietatem villae Staken ciuitati Rathenou. A. 1295.

Ex Copia.

Vniuersis presentes literas inspecturis *Otto* Dei gratia Brandenburgensis Marchio salutem et notitiam subscriptorum, ne ea que geruntur in tempore per successum temporis extra hominum memoriam dilabantur, expedit vt hominum memoria scripture testimonio perhennetur. Nouerint igitur tam posteri quam presentes quod nos de consensu filiorum nostrorum *Ottonis* et *Alberti* proprietatem ville *Staken* site prope *Spandou* dedimus et contulimus vniuersitati ciuium in *Spandou* ipsis et eorum heredibus seu successoribus quibuscunque perpetuo possidendam cum omni iure possessionis et proprietatis prout agri dicte ville circumscripti erant et limitati, quando dominus *Henricus de Bredou* dictam villam cum consensu liberorum suorum vendidit burgensibus antedictis, ita quod dicti ciues et eorum successores dictam villam ab omni exactionis genere et a seruitiis ordinariis et extraordinariis et aliis quibuscunque pratis, pascuis, siluis, nemoribus,

viis et inuiis et aliis iuribus quibuscunque que a nobis et a noſtris prouehuntur heredibus poſſideant in perpetuum libere et quiete. In cuius rei teſtimonium preſentes literas dari iuſſimus ſigilli noſtri robore communitas. Teſtes vero huius rei ſunt, *dominus Bernardus de Strele ſenior*, *dominus Theodoricus de Torgou*, *dominus Sparro de Middenwalde*, *dominus Henricus Weſandus*, *dominus Albertus de Gnetelinge*, *dominus Baldeuinus Stormerus pincerna*, *dominus Henricus et dominus Nicolaus fratres dicti de Grobene*, *dominus Hennekinus de Grobene aduocatus*, *et dominus Hermannus de Glineke milites*, et alii quam plures fide digni. Datum *Spandou* per manum *Alberti notarii dicti de Reuelde* anno milleſimo ducenteſimo nonageſimo quinto in vigilia exaltationis ſancte crucis.

* *

IX.

OTTO

MARCHIO BRANDENBVRG.

vendit ciuitati Berlin theloneum nauale de lignis et nauibus per Kopenick et Vürſtenwalde deuehentibus. A. 1298.

Ex Codice Gundling.

In nomine domini Amen. Cum proceſſus temporum ſucceſſiuus abolet facta preſentium - - - Hinc eſt quod nos *Otto* dei gratia *Marchio Brandenden-*

Digitized by Google

denburg. preſentis ſcripti continentia palam facimus vniuerſis quod intuentes conſiderantes et apprehendentes ſincere fidelitatis affectum et integre fidei puritatem qua diſcreti viri conſules et communitas ciuium in *Berlin* fidelium dilectorum noſtrorum nobis hactenus eam placere affectuoſa ſedulitatis conſtantia conſueuerunt ipſis et dicte eorum ciuitati appropriauimus et conferimus libertates, gratias, et conſuetudines ab antiquis ante hec principibus traditas et conceſſas ac ſpecialiter *omnia ac ſingula municipalia iura que Nedderlage* nominantur in *Berlin et in Cölne* ab omnibus et ſingulis bona ſua deponentibus percipienda, cenſu manſorum arearum ac locorum forenſium tempore nundinarum - - - Stedepenninghe ibidem pacifice absque moleſtatione qualibet perpetuis temporibus iuſto proprietatis titulo poſſidendas. Inſuper recognoſcimus lucide proteſtantes in his ſcriptis quod predictis noſtris dilectis Conſulibus et eorum communitati in *Berlin* vendidimus theloneum quod nos et progenitores noſtri percipere conſueuimus annuatim de lignis deducendis per oppidum *Kopenick que Vlöte* vulgariter nuncupatur et nauibus quibuslibet que hactenus theloneum ſoluere conſueuerant que in terragerem molendinorum *Berlini Vürſtenwalde* et *Köpenick* deuehuntur pro ducentis et viginti talentis Brandenburg. monete vſualis et communis, de qua pecunie ſumma nos contentos reputamus vtpote nobis in numerata pecunia a dictis noſtris burgenſibus perſoluta,

quod theloneum sepedictis nostris burgensibus contulimus perpetualiter iure proprio possidendum, nos heredes nostros et quoslibet successiores super omnibus et singulis premissis iugiter obligantes. In cuius rei euidentiam presentem literam scribi fecimus sigilli nostri munumine roboratam. Acta sunt hec anno domini M. CC. LXXXXVIII. in vigilia S. Archangeli Michaelis presentibus his dominis *Bernhardo Strele*, *domino Henningo de Nouo Gatersleben*, *domino Thiderico Sparre*, *domino Henrico Welredo*, *ac domino Boldeuino Scormero pincerna* et aliis quam plurimis fide dignis.

* *

X.

OTTO IOHANNES CONRADVS ET HENRICVS

MARCHIONES BRANDENB.

ciuitati Cremmen possessiones et iura in specie siluam Moder confirmant. A. 1298.

Ex Cod. Gundling.

In nomine domini Amen. *Otto*, *Conradus*, *Henricus* et *Iohannes* dei gratia Brandenburgenses et de Landsberg Marchio omnibus has literas inspecturis salutem in domino sempiternam. Quoniam humana mens de facili labitur in obliuionem, neces-

Digitized by Google

neceſſarium duximus ea que a nobis rationabiliter geſta ſunt ſcripti memorie commendare. Inde eſt quod notum eſſe volumus quam preſentibus tam futuris et tenore preſentium publice proteſtamur quod cum Burgenſibus noſtris in *Cremmen* mediante diſcretorum virorum noſtrorum prouido conſilio et maturo placitando conuenimus in hunc modum, videlicet quod omnem libertatem quam ab antiquo habuerint, vniuerſa et ſingula ipſis dedimus et donauimus quocunque cenſeantur nomine. Videlicet ſyluam ſiue lacum qui vocatur *Moder* vſque ad *Scharpenbergh* a monte *Scharpenbergh* vsque ad fluentem *Rhyn*, a fluente *Rhyn* vsque ad viam *Korten - Dam* et vlterius verſus *Schwartelaken* cum omnibus eorum prouentibus, lignis, graminibus, paludibus, paſcuis, aquis, agris, pratis atque ſiluis et omnibus aliis vtilitatibus intra contentis, ipſis donamus et contulimus perpetuo poſſidendas. Adiicientes preterea, quod dimenſio ſiue ordinatio, menſuratio in campis, agris, paſcuis et paludibus et aliis attinentibus vniuerſis ciuitatis *Cremmen* per Aduocatum noſtrum *Gallum* et per Erneſtum famulum de *Calene* nunc facta eſt, non debet a nobis nec a noſtris ſucceſſoribus hereditariis deinceps fieri dimenſio aliqualis. Item ciuitas *Cremmen* et Burgenſes habebunt ſua ut forum ciuitatem cum molendino *Roſsmölen* vt hactenus conſueuerint, libertates etiam quas a nobis et a noſtris progenitoribus ſibi prius datas rationabiliter in perpetuum obſeruabunt, dummodo nobis de quolibet

manſo tres ſolidos denariorum Brandenburgenſium in feſto S. Martini ſingulis annis miniſtrabunt. Pro huiusmodi quidem libertate ac donatione et omnibus aliis articulis premiſſis, pretacti Burgenſes nobis dederunt centum talenta denariorum Brandenburgenſium paratorum. In ſupra dictorum ſiquidem omnium euidens teſtimonium et cautelam preſentem paginam fieri iuſſimus ſingulorum nominum ingreſſionibus conſignari. Teſtes huius rei ſunt, *Iacobus de Schlieben*, *Iohannes de Nouen*, *Hermannus de Redern*, *Zabellus de Plau*, *Iohannes de Oldenſliete*, *Iohannes de Blankenburg*, *Henricus de Stegeliz*, *Arnoldus de Badingen*, *Nicolaus de Schlabberſtorff*, *Henricus de Hakenbeke et Gallus tunc temporis Aduocatus* milites et alii plures fide digni. Actum et Datum *Bötzo* Anno domini M-CC. LXXXXVIII. quinta feria ante aſcenſionem domini et dato per manum domini *Iohannis de Cepelshagen* noſtre Curie notarii et capellani.

XI.

* *

XI.

DOMICELLI DE ALESLEVE

permutant

bona quaedam cum parocho in Lentſen

A. 1305.

Ex Copia.

Omnibus preſentia viſuris ſeu etiam audituris ſalutem in domino *Nos Gumpertus*, *Vrizo*, *Bernhardus*, *Richardus*, *Borchardus domicelli* (*) *de Alesleue* recognoſcimus lucide in his ſcriptis quod mature noſtra deliberatione prehabita et cum conſenſu venerabilis patris domini *Theodorici Hauelbergenſis eccleſie Epiſcopi* nec non conſilio plurimorum permutauimus cum diſcreto viro domino *Iohanne Doring* rectore eccleſie *Lentſen* cum quibusdam bonis in hunc modum quod idem dominus *Iohannes* eiusdem eccleſie rector nobis villam *Brutzou* quondam ad eccleſiam *Lentſen* fundatam et dotatam cum omni iure et libertate qualibet et vtilitate rite et rationabiliter et omnibus prouentibus prout ipſi et ſui predeceſſores predictam villam vſque in hodiernum diem poſſidebant aſſignauit. Pro qua villa nos ſepe dicti *de Alesleue* XII. talenta nouorum denariorum

Brandenburgenſium et porcum quinque ſolidos nouorum Brandenburgenſium denariorum valentem, atque hedum in villa *Larzie* ſingulis annis in feſto Michaelis Archangeli in redditibus tollenda ad dictam eccleſiam *Lentſen* relocamus, ſtabilimus et donamus, ibidem cum ſculteto in illo videlicet latere eiusdem ville vbi ſcultetus moratur, qui inquam ſcultetus equum quatuor marcas Stendalienſis argenti et ponderis valentem ad vſum dicte eccleſie *Lentſen* tenebit perpetuo duraturum. Pro quo eiusdem eccleſie rector XXX. ſolidos nouorum denariorum Brandenburgenſium annuatim in feſto Michaelis Archangeli ſibi ſi placuerit tollat ſculteto ab eodem ſi ipſum illius anni circulo de tali equo ſine ſeruitio habere voluerit ſupportatum. Que vero bona memorata ac redditus ſimiliter et ſcultetum et alios agricolas dicte eccleſie *Lentſen* agrum ſcilicet in *Lantzig* colentes idem dominus Iohannes Rector prefate eccleſie *Lentſen* et ſui ſucceſſores pro nobis et noſtris ſucceſſoribus absque impedimento aliquali ac pro impetitione qualibet cum omni iure, iudicio infimo et ſupremo cum ſiluis, paſcuis, pratis, campis, aquis et nemoribus et cum omnibus prouentibus iam ſepius dictis redditibus ſpectantibus absque vlla petitione perpetuis temporibus pacifice libere et quiete penitus poſſidebunt. Ad euidentiam firmiorem preſentes noſtrorum ſigillorum appenſionibus fecimus communiri. Datum *Lentſen* ſub anno incarnationis domini milleſimo trecenteſimo quinto feria ſexta poſt Luce Euangeliſte.

Wir

Digitized by Google

Wir Ioachim von Gottes Gnaden &c. bekennen und thun kund öffentlich mit dieſem briefe für uns unſe Erben und nachkommen Marggrafen zu Brandenburg und ſonſt allermännichlichen die ihn ſehen hören oder leſen, daſs uns der würdige unſer lieber andechtiger und getreüer *Er Werner von der Schulenburg Probſt der Jungfrauen Cloſters zu Dambeck* hat vortragen einen den Pharrer zu *Lentzen* beſiegelten brief inhaltend unter andern eine Vmſetzung und Beüth ſo etwan durch Ern *Gumpertum*, *Vritze*, *Bernhardum*, *Richardum und Burchardum domicellos von Alsleuen* mit Ern *Iohann Döring* der Zeith Pharherrn zu *Lentzen* auf Verwilligung Ern *Dieterichs Biſchoffs zu Hauelberg* etlicher Güther und des Dorffes *Brützou* halber geſchehen iſt, und uns darauf demüthiglich bitten laſſen auf ermeldete Pharre behuff ſolchen ihren brief als der Landesfürſte gnadichlich zu confirmiren und zu beſtetigen wie der von Wort zu Wort alſo folget: Omnibus preſentia viſuris &c. Alſo haben wir angeſehen ſeine ziemliche Bete und auch ſonderlich zur Vermehrung göttlichen Dienſtes ſolch ihren brief und transpoſition aus fürſtlicher Obrigkeith gegenwertiglich confirmiret und beſtetiget, confirmiren und beſtetigen den in Krafft und Macht dieſes Briefes getreulich und ungefehrlich. Zu Vrkund mit unſerm anhangenden Inſiegel verſiegelt und geben zu *Cölln an der Spree*, am Sontage nach Catharine A. 1514.

(*) Der

(*) Der Titul *Domicellus* iſt mehrentheils von fürſtlichen und gräflichen Perſonen gebrauchet, ſo noch minorennes geweſen, oder wenigſtens noch nicht die Regierung gehabt haben. Alſo heißen in doc. Alberti Ducis Saxo-Lauenburgici de A. 1295. *ap.* TREVER. *in Münchauſ. Geſchl. Hiſtor. in probat. p.* 17. Fratrueles ſui Iohannes Albertus et Ericus tunc temporis *iuuenes et domicelli.* Herzog Ottonis ſtrenui doc. de A. 1325. *ap.* LVDEVIG. *Tom. XII. Reliq. p.* 332. fänget ſich alſo an: Dei gratia nos Otto Dux de Brunswick et Luneburg, Otto et Wilhelmus *filii eius domicelli ibidem.* Herr Conſiſtor. Rath GRVPEN hat *in Antiq. Pyrmontan. p.* 108. ein doc. Alberti comitis de Sualenberg, worinn dieſer Graf ſchreibt; quod cum conſenſu domine Iutte vxoris noſtre Henrici atque Alberti *Domicellorum filiorum noſtrorum.* Dieſer Titul war alſo den Fürſten und Grafen faſt eigen, jedoch findet man auch verſchiedene Exempel, das große Dynaſtae ſich auch deſſen bedienet, worunter alſo die Herren *von Alesleue*, ſo dieſes doc. ausgeſtellet, mit zu rechnen. Das Wort *Domicellus* iſt gemeiniglich in deutſchen Urkunden mit *Iuncher* überſetzet. Es heißt z. E. ap. SCHEID. *in Mantiſſa docum. p.* 583. Wy Otte unde Wilhelm brudere Junckern von Braunſchweig und Luneborg - - da in dem lateiniſchen Orig. *p.* 583. *ibid.* ſtehet *fratres domicelli*, und bey dem Herrn GRVPEN *l. c. p.* 96. Wy herr Hermann und *Junchere Himrick ſyn ſone* Greuen von Pyrmont bekennen - - -, wovon ſo wohl hier als abſonderlich in TREVERS *Münch. Hiſt.* ſehr viele Exempel zu finden. Wobey jedoch zu merken, daß der Titul *Juncher* im XV. Sec. auch ſchon von dem niedern Adel jedoch ſehr ſelten gebrauchet worden. Der Herr Hofrath SCHEID hat davon in ſeiner *Mantiſſa document p.* 300. 301. 302. 342. bey dem Geſchlecht *von Hardenberg und Reden* Beweis geführet; er iſt auch daſelbſt in *Praefat. p.* 18.

Digitized by Google

p. 18. der Meynung, daß die Fürsten und Grafen sich nicht eher Herren, sondern nur *Domicellos, Iunchern* benennet, bis sie die richterliche Würde erhalten.

* *

XII.

V N I O

Senatus Berolinensis cum Senatu Brandenburgensi ratione expensarum super maleficos. A. 1309.

Ex Copia.

Viris laude dignis Consulibus in *Brandenburg*, consulum vniuersitas in *Berlin* et in *Colonia* obsequiosam in omnibus voluntatem. Tenore presentium vestra recognoscimus honestati publice protestantes, quod hanc inter nos fecimus seu ordinauimus vnionem, quod si aliquis proscriptus seu maleficus deprehenderetur per vos aut ciues vestros, expensa que super eo fierent per vos ferre debetis vsque ad finem cause. Si vero tempore medio aliqua in his consurgeret violentia contra iuris ordinem illas expensas communiter ferre volumus inter nos. Item si aliqui ciues traherentur ad placita terre que in vulgo dicuntur *Landding* ex tunc sicut ex nunc expense communes esse debent. Item si aliqua enormitas siue violentia per potentes aliquos fieret in vestra ciuitate,

tate, dummodo conſules talem ſibi aſſumerent violentiam, tunc iterum expenſe communes eſſe debent. Datum in *Berlin* Anno domini milleſimo trecenteſimo nono, dominica ante aſcenſionem domini.

* *

XIII.

WOLDEMARVS

MARCHIO

confert villam Durch Brizen ciuitati Britzen. A. 1311.

Ex Copia.

Woldemarus dei gratia Brandenburgenſis Luſatie et de Landesbergk Marchio, tutorque inclyti *Iohannis* Marchionis de Brandenburg dilectis ſuis Burgenſibus in *Bryzena* gratiam ſuam et omne bonum. Nos recognoſcimus preſentibus publice proteſtantes quod villam *Durch Briznam* cum manſis, pratis, paſcuis, ſiluis, viis, et inuiis ceterisque omnibus attinentiis ſuis et quinque talenta denariorum in moneta quod dicitur *Sleiſchat* cum omni iure ciuitatenſium in ciuitatem veſtram imponimus ad vſum veſtrum et vtilitatem perpetuo iure firmiſſime appropriantes. Ita quod neque nos neque aduocati noſtri et capitanei ſeu aliqui ex parte noſtra ſeu ſucceſſorum

Digitized by Google

rum noſtrorum de iam predictis bonis debeamus nobis ius aliquod in perpetuum vſurpare, pro qua re nos fatemur, Nos ducentas Marcas argenti Brandenburg. ad redemtionem ciuitatis noſtre *Brizene* de manibus illorum *de Roſeberch* in compoſitione omnium diſcordiarum Domini abbatis et Conuentus *de Cynna* in perpetuum vobiſcum facta paratiſſime recepiſſe. Teſtes huius donationis ſunt *Dominus Olricus de Rupyn Dapifer noſtre curie*, et *Dominus Güntherus de Keuerbenergh Comites. Dominus Hinricus prepoſitus in Grantzoie et Stoteko prothonotarius noſter, Gheuehardus de Aluensleue, Nicolaus et Bernhardus de Buch, et Mathias de Bredoue aduocatus in Rhetenou milites*, ceterique plurimi fide digni. Datum *Monekenbergh* ſub appenſione ſigilli noſtri anno domini M. CCC. XI.

* *

XIV.

WOLDEMARVS

MARCHIO BRANDENBURG.

appropriat eccleſiae parochiali in Pritzwalck XII. choros duri frumenti. A. 1314.

Ex Copia antiq.

Woldemarus Dei gratia Brandenburgenſis Luſatie et de Landsberg Marchio *tutorque illuſtris Principis Iohannis Marchionis de Brandenburg* preſens

preſens ſcriptum viſuris vel audituris bonam ac beneplacitam voluntatem. Cum obliuio ſit mater errorum et litium ſuſcitatrix expedit vt que ex beneplacito quorumcunque conceduntur ſcriptis authenticis roborentur vt ſic ſcripture teſtimonio acquiratur rei geſte memoria et calumniandi materia a poſterorum cordibus auferatur. Hinc igitur eſt *quod tam noſtro quam predicti principis cuius tutelam* gerimus nomine ad cultum diuini nominis ampliandum dedimus et damus liberalitatem largam et proprietatem plenam XI. chororum duri frumenti, qui annuatim de manſis adiacentibus ciuitati *Prizwalck* dari debent et vnius manſi in ville *Schönhagen* iacentis et ſoluentis vnum chorum etiam duri frumenti et duos ſolidos annuatim, quod ſcilicet frumentum cum manſo prefectus et conſules nec non *mercatorum* confratricinia predicte ciuitatis *Prizwalck*, tamquam ſuperbo ducti ſpiramine ſua pecunia comparauerunt, et altare quoddam in honorem B. Marie virginis in parochia *Prizwalck* conſtructum eisdem prouentibus donauerunt, et nos predicte donationis proprietatem vti premiſſum eſt ſumus impertiti ſinceram, volentes predictos prouentus fore perpetuo liberos ab omni exactione, ab omni onere, ab omni ſeruitio, ab omni precaria et ſimpliciter ab omni reali et perſonali incommodo abſolutos. In quo quidem altari ſingulis et perpetuis diebus preter dies dominicos debet miſſa dici fidelibus pro defunctis et memoria illuſtris domini *Hermanni quondam Marchionis Brandenburgen-*

burgenſis noſtri patrui clare memorie debet ſolemniter et deuotione qua conuenit recitari. Et hec miſſa nullis aliis horis niſi infra miſſam ſummam ſaluo tamen iure plebani eiusdem parochie eſt dicenda. Et idem altare prefectus conſules et magiſtratus dicte confratricine qui dicuntur Gyldenmeiſter non ſine conſenſu et voluntate plebani conferent ydoneo cuicunque. Et vt ex dicti altaris inſtauratione ſaluberrima apud Deum tam nos quam progenitores noſtri quin etiam ſucceſſores conſequamur premium et ſalutem huic facto pio noſtrum conſenſum accommodauimus et conſenſum ac ratihabitionem predicti Marchionis Iohannis accommodari procurabimus, dum ad annos peruenerit maiori etati ſignatos. Et vt nullius inſtantia preſens ſcriptum valeat irritari noſtrum ſigillum in noſtra preſentia eſt appenſum. Teſtibus ad hoc vocatis *reuerendo domino Friderico Eccleſie Brandenburgenſis epiſcopo, illuſtri domino Alberto Comite de Anhalt noſtro ſororio, Hinrico Friderico de Aluensleue, Hinrico Schencken, Ludouico de Wanzleue, Iohanne de Cröcher militibus, Stotekino noſtre Camere prothonotario* et aliis fide dignis. Actum et Datum *Iericho* anno domini milleſimo trecenteſimo XIIII. die B. Marci Euangeliſte.

XV.

IOHANNES

MARCHIO BRANDENB.

Scabinatum et iudicium ſuperius totius Marchiae in ciuitate Brandenburg inſtituit.

A. 1315.

Ex Orig. membr.

In nomine ſancte et Indiuidue Trinitatis Amen. Nos *Iohannes* Dei gratia *Brandenburgenſis et Luſacie Marchio* recognoſcimus tenore preſentium publice proteſtantes, quod quia progenitores noſtri illuſtres pie memorie *Marchiones* quondam *Brandenburgenſes* ciuitatem noſtram *Brandenburch* ſpecialiter diligentes ipſam pre ceteris elegerunt eamque multis libertatibus ac prerogatiuis ſpecialibus decorarunt. Nos itaque donationes ac libertates dictorum noſtrorum progenitorum approbantes ſingulas preſentibus confirmamus, tum quia ipſa ciuitas noſtra pre omnibus fulget *Banno regio* qui in vulgo dicitur *Koningesban, tum quia noſtri principatus titulum recepimus ab eadem, tum quia totum noſtrum dominium ab eadem noſtra ciuitate traxit originem tanquam a fonte riuuli deriuantur.*

Damus igitur predicte noſtre ciuitati *Brandenborch* hanc *prerogatiuam ſpecialem, vt omnes noſtre ciuitates et oppida per totum noſtri dominii circuitum ſite in ſuis iuribus requirendis et ſeruandis ad ipſam ciuitatem Brandenborch confluant et iura ſua tam conſulum quam*

quam ſcabinorum ab eodem recipiant, habeant, poſtulent, requirant. Mandamus igitur finaliter ſtatuentes et volentes vt iura que *Scabini* et conſules ſeu iura predicte ciuitatis prouido et maturo diffinierint conſilio et dederint, nullus omnino reclamare valeat aut preſumat: Inſuper volumus diſtrictius ſtatuentes et arbitrantes ne nos ipſi nec aliquis heredum noſtrorum vel ſucceſſorum aut conſiliariorum aut aduocatorum aut officialium ſeu *Potentum noſtrorum* alicui infra muros ſeu iura ciuitatis eiusdem violentiam faciat vel inferre audeat ſeu attemptet. Immo volumus vt vnusquisque in ciuitate gaudeat ſuo iure polluat et fruatur ab omni impeticione noſtra ſeu heredum noſtrorum nec non officialium noſtrorum ſeu Potentum noſtrorum vel cuiuscunque conditionis fuerint coram Sculteto ſeu ciuitatis iudice incuſatus ſe expurget prout iuris ordo poſtulat et requirit. Inſuper volumus et omnibus noſtris Potentibus et officialibus ſub optentu noſtre gracie precipimus diſtrictius prohibentes vt nullus ipſis Burgenſibus ſeu alicui ciuium predicte ciuitatis aliquam inferat vel faciat violentiam extra ciuitatem in aliquo loco per totius noſtri dominii terminos. Volumus etiam et concedimus Burgenſibus predictis vt ipſi omnes exceſſus qui fuerint in ipſa ciuitate perpetrati nocturno tempore vel diurno exequantur corrigent et iudicent, qui *handhaſſtige dat* dicuntur proprie apud vulgus. Deinde volumus et plenam concedimus voluntatem eisdem burgenſibus noſtris vt quicunque

edificare poterit vel voluerit infra muros ciuitatis edificet dummodo cum ipsis edificiis ciuitatem emendet et in vsus conuertat reipublice ciuitatis. Ceterum damus sepe dicte ciuitati et libere concedimus campum seu spatium a ciuitate vsque ad vallem que vocatur *Bornluke* vt in ipso spatio pascua suis pecoribus habeant licite et quiete. Insuper volumus vt pecora predictorum burgensium per omnes ciuitatis valuas exeant et ibidem in campis pascant quandocunque ipsis burgensibus necesse fuerit et videbitur expedire dummodo illarum per hoc *sitarum* et segetes non ledantur. Volumus etiam et liberam eis damus facultatem vt ipsi burgenses ad reparationem vie que *Damm* dicitur et pontis eiusdem constructionem seu conseruationem ad valuam molendinorum ciuitatis nihil faciant vel facere teneantur. Demum et volumus et plenam concedimus voluntatem piscatoribus et singulis memorate ciuitatis inhabitatoribus vt per totius aque descensum et ascensum vsque ad locum qui *Fürstede* nominatur, vtantur piscatura et licite fruantur que *schmale Fischerei* vocatur, quando et quotiescunque ipsis videbitur expedire. Ceterum volumus vt sepe dicte ciuitatis burgenses edificent teneant et reparent locum in fossato eiusdem ciuitatis edificatum qui teutonice *Flötrenne* nuncupatur, et omnes fructus qui ciuitatem attingunt ab eadem recipiant et in ipsius ciuitatis vsus distribuant et commodum, sicut hactenus consueuerunt. Preterea volumus dictos nostros burgenses gaudere priuilegio gratie specialis

cialis vt cum ſedes cathedralis dicte adhereat ciuitati nullus burgenſium ciuitatis eiusdem aut a viris religioſis aut a clericis aut a laicis aut a perſonis cuiuscunque conditionis fuerint extra ciuitatem predictam euocetur vel eiiciatur, ſimiliter in caſtro vel in ciuitate reſpondeat iuris via niſi quis contra eos vel aliquem ipſorum in romana curia iudicem obtinuerit ſpecialem. Hec omnia et ſingula damus et concedimus dicte noſtre ciuitati *Brandenburg* et burgenſibus ipſius preſentibus et futuris, ſicut ab antiquis habuerunt temporibus perpetuo poſſidenda. Et vt hec omnia a nobis et noſtris heredibus et ſucceſſoribus maneant dictis noſtris burgenſibus nec non ciuitati penitus inconuulſa noſtro ſigillo de certa noſtra ſcientia muniri fecimus preſens ſcriptum in ſecula ſeculorum valiturum. Teſtes quoque fuerunt *illuſtris domina Anna Duciſſa Wratislauienſis noſtra genitrix*, honoratiſſima *Catharina*, *nobilis vir Henricus Comes de Luchoue*, *Stotiko dapifer noſter*, *Buſſo - - -*, *Chriſtianus de Gerhardiſtorp*, *Henricus de Krakou*, *Pezo de Loſſoue*, *Borchardus de Barthensleue*, *Buſſo de Linou*, Henningus de Vol .... cum multis aliis fide dignis. Actum et Datum *Spandow* per manum *Iohannis de Görlitz* noſtri capellani. Anno domini milleſimo trecenteſimo decimo quinto feria ſecunda poſt feſtum omnium ſanctorum.

XVI.
WOLDEMARVS
MARCHIO BRANDENBVRG.

approbat fundationem et dotationem altaris in ecclesia S. Mariae Gardelegiensi a Bartholdo Schenck factam. A. 1315.

Ex Original.

Ego *Petrus Plebanus Gardelegiensis* recognosco tenore presencium et protestor me honore incliti principis domini *Woldemari Marchionis Brandenburgensis* literas infrà scriptum tenorem continentes:

„Nos *Woldemarus* dei gratia Brandenburgensis „Lusacie et de Landsberg Marchio recognoscimus „et tenore presencium publice protestamur, quod „de licencia *venerabilis et principis nostri domini* „*Halberstadiensis Episcopi* voluntateque nostra et „Petri plebani in *Gardelegen* consensu pariter acce- „dente fidelis noster miles *Bartoldus dictus Pincerna* „in honorem omnipotentis domini et sue sancte „genetricis ac omnium sanctorum quoddam altare „in ecclesia S. Marie dicte ciuitatis dotauit eidem- „que VI. iusta redituum in villa *Mose* quorum „proprietatem habuit, donauit et assignauit adiectis „istis conditionibus quod predictus *Bartholdus* „*pincerna* dictum altare primum conferat et postea „ius collationis seu presentationis seu institutionis dicti

„dicti altaris ad plebanum dicte ciuitatis Gardele-
„gienſis totaliter deuoluatur ibique perpetuis tem-
„poribus permanſurum. Item ſi predictum altare
„cauſa accedente legitima locandum fuerit tunc
„eiusdem ciuitatis plebanus pro dicto altari offi-
„ciando de ſacerdote idoneo prouidebit cui non
„minus quam V. fruſta aſſignabuntur annuatim.
„Item miſſe quas et in quibus horis eſſe dicendas
„vel cantandas plebanus dicte ciuitatis decreuit,
„ſunt dicende. Item ſacerdos dicti altaris matu-
„tinis et veſperis et vigiliis tenebitur intereſſe ſi
„non fuerit cauſis legitimis prepeditus. Item obla-
„tiones que intuitu miſſarum in dicto altari et
„aliter quocunque modo obueniunt plebano vel
„ſuo vicario dicti altaris presbyter preſentabit.
„Item nullum ius parochiale ſibi dictus presbyter
„vindicabit. In huius rei euidenciam ſigillum
„noſtrum preſentibus eſt appenſum. Actum et
„Datum *Tangermünde* Anno domini M. CCC. XV.
„Kal. Mart. primo. preſentibus teſtibus *Slotekone*
„*prepoſito Deminenſi*, *Segero prepoſito Stendalienſi*
„*et Fuerhardo prepoſito Stolpenſi* et aliis quam plu-
„rimis fide dignis.

In huius rei teſtimonium ſigillum meum pre-
ſentibus eſt appenſum.

XVII.
WOLDEMARVS
MARCHIO BRANDENBVRG.

donat monasterio Neuendorff medietatem precariae de XVIII. mansis in villa Querstede et altam iurisdictionem in villis Statz et Borritz. A. 1317.

Ex Orig. membr.

In nomine domini amen. Ad memoriam vniuersorum presentium et futurorum perueniat presens scriptum, quod Nos *Woldemarus* dei gratia *Brandenburgensis et Lusacie Marchio* voluntario proposito dedimus et damus medietatem precarie decem et octo mansorum in villa *Querstede* iacentium annis singulis in respectu aliorum mansorum precariam dantium in quantitate et qualitate dumtaxat percipiendam et tollendam deuotis in Christo sanctimonialibus cenobii *Nygendorpe* et suprema villarum *Statz* et *Borritz* iudicia iusto proprietatis titulo perpetuis temporibus possidendam et optinendam cum quiete et pace. Vt autem ista donatio perpetuo maneat illesa expressam abrenuntiationem omnium promissorum facimus pro nobis et nostris successoribus testimonia literarum presentium super eo nostro sigillo munitam, presentibus nobili domino *Günthero Comite de Keuernberch*, *Conrado de Redern*, *Conrado de Osterborch*, *Bartholdo Schencken* cum aliis nostris mili-

militibus fide dignis et domino *Euerhardo noſtro prothonotario predilecto.* Actum et Datum *Wolmerſted* anno domini milleſimo tricenteſimo ſeptimo decimo quarta feria proxima poſt dominicam Reminiſcere miſeration.

* *

XVIII.

A N N A

DVCISSA SLESIAE

confert ordini S. Iohannis Hiereſol. in Werben curiam in villa Berendorff. A. 1319.

Ex Cop. recent.

Cum ſepius ea que legitimis hominum contractibus fiunt et peraguntur propter multiplices caſus rebus humanis incidentes variantur, expedit vt ſcripture authentice teſtimonio proborumque virorum eſtimatione ad perpetuam rei notitiam confirmentur. Norunt igitur vniuerſi tam preſentes quam poſteri ad quos preſens ſcriptum refertur, quod nos *Anna* dei gratia *Ducisſa Sleſie Dominaque Wratislauie* diuine remunerationis intuitu dimiſimus fratri *Geuenhardo de Wanzleue* ceterisque fratribus Sancti Iohannis Baptiſte Hyeroſol. in *Werben* quandam curiam in villa *Berendorff* ſitam cum tribus manſis ibidem in campo iacentibus et inpheodationem illius curie

ac manſorum ad nos duntaxat pertinentem ſimul etiam cum omni iure quoad nos ſpectante tam in cauſis maioribus quam minoribus ſupremis et infimis tam in via platee communis vsque ad manſorum terminum attingente, quam in via per medium manſorum vsque ad finem tranſeunte. Dimiſimus etiam predicto fratri *Geuenhardo de Wanzleue* reliquisque predictis fratribus prefatam curiam cum tribus manſis prefatis absque precaria, equo pheodali et ſimpliciter absque omni ſeruitii angariatione ſeu infeſtatione perhenniter cum libertate perpetua obtinendo. Vt autem huiusmodi dimiſſionis contractus firmus permaneat et inconuulſus ne a quoquam queat impoſterum immutari ſubuerti vel imbrigari preſens ſcriptum certa noſtri ſigilli appenſione duximus roborandum in teſtimonium omnium predictorum. Teſtes vero ſunt *Cunemannus de Wolcheue* miles, *Himricus Mente* burgenſes in *Werben* et generatim plures alii fide digni. Datum anno domini A. 1319. die Nicolai.

XIX.

Digitized by Google

* *

XIX.

HERMANNVS

COMES SVERINENSIS

iure pignoris ciuitatem Perleberg possidet eique priuilegia sua confirmat. A. 1322.

Ex Cod. Gundling.

Nos *Henricus* dei gratia *Comes Zuerinensis* per presentes recognoscimus et protestamur quod honestos viros consules ciuitatis *Perlebergh* (*) atque ciues ibidem vniuersos eo quod nobis et nostris heredibus homagium et huldam fecerint recepimus in nostram potestatem in omnibus eius causis et necessitatibus legitimis fideliter defendendis. Ita quod omnes libertates et iustitias quas ab antiquo habuerunt et debitis priuilegiis poterint protestari ipsis non debemus infringere nec minuere sed augere. Preterea si aliqua ciuitas de aliis ciuitatibus obligaretur domino alieno et si tales domini vellent nobiscum discordare consules iam dicte ciuitatis cum vasallis assedentibus deberent tales duces adire et audire causas partium vtrobique causam nos secundum consiliariorum ipsorum - - - debemus a talibus quiescere et cessare. Si autem pars aduersa meritis nostris minus exigentibus nobis inferre dampnum et iniuriam intenderetur tunc communitas

nitas ciuitatis vna cum vaſallis nobis aſtare debent in noſtris neceſſitatibus tanquam domino ſuo gratioſo. Preterea fatemur quod quodammodo nulla caſtra ſeu propugnacula conſtrui debeant quoquo modo. Addentes etiam ſi aliqui exceſſibus ſuis exigentibus in vna ciuitatum proſcripti fuerint in aliis omnibus ciuitatibus ſimiliter ſunt proſcripti. Nihilominus communes promiſſiones quas ciuitas *Perlebergh* cum aliis habuit ciuitatibus dummodo non fiant in noſtrum et noſtri auunculi domini Megapolitani preiudicium et grauamen ratas tenebimus atque gratas. Addentes etiam quod antedictam ciuitatem cum terris et vaſallis adherentibus in pignore huius detinemus ſcilicet pro ſeptuaginta armigerorum ſalariis ſtipendiis perditionibus et centum virorum expenſis et dampnis ſuper his emergentibus in hac guerra (*). Preterea prefata ciuitas cum terra et vaſallis nobis fideliter noſtrisque heredibus adherebit, quousque dilectus noſter auunculus vel alius dominus ſi contigerit ius habere verius ciuitatem nobis aut noſtris ſucceſſoribus ſatisfecerit de premiſſis. Ita tamen quod omnes fructus perceptiones ſiue prouentus quos vel quas de ciuitate predicta et terris ſeu bonis adiacentibus quocunque nomine percepimus debemus de premiſſis damnis debitie *defalcare*. De prouentibus et emolumentis aduocatis et iudicii ipſa aduocatia teneri debet et requiri. Quicquid tamen aduocato et ſue familie vltra expenſas circa huiusmodi faciendas ſuperfuerint hoc etiam debemus

de

de prefatis dampnis et debitis *defalcare*, ac quicquid etiam ex dationibus in expeditionem generaliter percepimus debemus ab iisdem ſimiliter *defalcare*. Et ſi percepta per nos ſiue per noſtros vt premiſſum eſt ſummam predictorum excreuerint, illud ſuperfluum et excreſcens debet etiam de principali debito defalcari. Si autem percepta minus habuerint tales defectus ad ſummam totalem ſuper pignus predictum videlicet ſuper ciuitatem et ſuper terras adiacentes debet rationabiliter computari. Sic tamen dampna predicta moderanda ſunt, quod nos de his de quibus dampnum non fecimus, dampnum non computemus, de his autem de quibus fecerimus pro ſingulis centum marcis decem marcas et non amplius computabimus. Inſuper ſi nos ſine filio herede diſcedere contigerit quod abſit pignus predictum ad auunculum noſtrum prefatum legitime redibit deuolutum. Ita tamen quod vaſalli noſtri qui ad perficiendum predictum ſeruitium cum ſuis ſtipendiis perditionibus et expenſis conquiſitionem aut ſubſidium nobis - - - - cum ciuitate et toto pignore auunculo noſtro et ſuis heredibus fideliter adherebunt quousque ipſis de premiſſis omnibus computatis rationabiliter ſatisfiat. Habita etiam ſatisfactione predicta predictum pignus ad ſepe dictum dominum Megapolitanum redibit legitime deuolutum. In premiſſorum autem teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Teſtes huius ſunt *Bolco de Driberghe*, *Ludolfus de Nigenkerken*, *Wer-*

Wernerus de Haluerſtad, *Henricus Raue milites* et alii plurimi fide digni. Datum *Perlebergh* anno domini Milleſimo Trecenteſimo vigeſimo ſecundo.

(*) Die Stadt Perleberg ſoll nach GVNDLINGS *Atlante p.* 118. von Marggraf Albrecht ſchon an Mecklenburg verſetzet, aber wieder eingelöſet worden ſeyn, und hernach A. 1319. ſoll ſie wiederum von den Mecklenburgiſchen Fürſten occupiret ſeyn.

(**) Der ehemalige fürſtliche Archiuarius zu Schwerin I. F. Chemnitz ſchreibt in ſeinem kurzen Begriff der Schwerin. Grafen-Hiſtorie, ap. GERDES! *in der Samml. Mecklenb. Vrkunden p.* 112. von dem Grafen Henrico III. daß er dem Fürſten von Mecklenburg Henrico Leoni in den Kriegen wider die Marggrafen getreulich beygeſtanden, und *p.* 112. daß ihm von Marggraf Ludewig die Stadt Perleberg für 6500. Mark Silbers A. 1326. wäre verſetzet worden. Was das erſte betrifft, ſolches erweiſet nicht nur dieſe Urkunde, ſondern auch der Herr von BEEHR *in Rel. Mecklenburg. p.* 233. daß aber Perleberg A. 1326. an die Grafen von Schwerin gekommen, und zwar durch Marggraf Ludewig per modum pignoris, ſolches iſt offenbar falſch, ſondern die Mecklenburgiſchen Herren haben dieſe Stadt ſchon etliche Jahre vorher beſeſſen, und ſie nach dieſer Urkunde dem Grafen von Schwerin für ſeine Krieges-Koſten überlaſſen. In des Herrn von GVNDLING Codice docum. Marchic. findet ſich ſo gar die Urkunde des Magiſtrats der Stadt Perleberg, darinn ſie bezeugen, daß ſie iuſſu Henrici principis Megalopolenſis dem Grafen Henrico gehuldiget. Ich will ſie hieher ſetzen, weil ſie noch ungedruckt. Nos Conſules et vniuerſitas ciuitatis Perlebergh recognoſcimus publice per preſentes quod ex iuſſu ſpeciali nobilis viri domini Henrici domini Megha-

Meghapolenſis iuſto pignoris titulo fecimus homagium ſiue huldam viro nobili domino Henrico Comiti Zwerin et ſuis veris heredibus pro ſtipendiis et deperditionibus LXX. armatorum ac pro expenſis C. armatorum dextrar. cum quibus idem Comes ſeruiet domino Meghapolenſi predicto per guerram inſtantem ſiue preſentem - - - - Datum Perlebergh A. 1326. die B. Margarethe virginis.

* *

XX.

LVDOVICVS

ROMAN. REX

ciuitati Brandenburg indulget vt duo vel tres Iudaei ibidem reſideant. A. 1323.

Ex. Orig. membr.

Ludouicus Dei gratia *Romanorum Rex* ſemper Auguſtus vniuerſis ſacri imperii fidelibus preſentes literas inſpecturis ſeu audituris gratiam ſuam et omne bonum. Notum eſſe volumus vniuerſis Chriſti fidelibus preſens ſcriptum intuentibus tam preſentis temporis quam futuri quod ad inſtantiam et petitionem carorum noſtrorum Burgenſium veteris ciuitatis *Brandenburg* ac incolarum eiusdem gratioſe contulimus donamus ac permittimus vt duos vel tres Iudeos reſidentes habeant ad vtilitatem et profectum eiusdem veteris ciuitatis, qui ſub eorum ſemper et in perpetuum ſunt et ſubhabi-

habitent protectione, quod nos noſtri heredes et ſucceſſores noſtri principes aut officiales futuris temporibus ad contributionem exactionem et actionem qualemcunque dandam vel extorquendam, nec quicquam grauaminis faciendum non poſſumus nec volumus, neque noſtri heredes vel ſucceſſores noſtri principes aut officiales coercere. Vt autem omnia predicta et ſingula per nos heredes ac ſucceſſores noſtros et officiales perpetuo et inuiolabiliter obſeruentur preſens ſcriptum conſcribi fecimus et ſigillo noſtro firmari iuſſimus munimento. Datum et actum apud *Babenberg* preſentibus *nobilibus viris*, *Bartoldo de Hennenberck*, *Hermanno de Wolſtou*, *Heyſone de Wimnynge*, cum aliis fide dignis. Pridie Kal. Iunii anno domini milleſimo trecenteſimo viceſimo tertio, regni vero noſtri anno nono.

* *

XXI.

LVDOVICVS

ROMAN. REX

ciuitati Brandenburg molendinum in aggere inter veterem et nouam ciuitatem ſitum donat. A. 1323.

Ex Orig. membr.

Ludouicus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus vniuerſis ſacri romani imperii fidelibus preſentes literas inſpecturis ſeu audituris gra-

gratiam ſuam et omne bonum. Nouerint vniuerſi tam preſentes quam futuri quod viris prudentibus ac incolis in veteri ciuitate *Brandenburg* ciuibus inhabitantibus ac poſtea inhabitaturis fidelibus noſtris dilectis gratia nobis inſpirante diuina hereditatem molendini inter ambas ciuitates videlicet ciuitatem veterem et nouam *Brandenburg* in aggere ſiti, rationabiliter contulimus preſentibus et donamus iuſto et vero proprietatis titulo eternaliter poſſidendo. Inſuper adiicimus quod eisdem ciuibus noſtris prenotatis eorum inopie ſuccurrendo in hac parte manum noſtram porreximus adiutricem, videlicet quod ſtagni terminos ciuitatis noſtre prefate attingentis a *Nicolao dicto de Bohouen* famulo honeſto et eius patruis diu poſſeſſi contulimus iudicium ſummum quod vulgariter *ouerſte Gerichte* nuncupatur conferimus, preſentiumque tenore in euum poſſidendo tali ſub forma vt ciuitatenſes noſtri ſepius tacti ab aliquo noſtrorum officiallum aut dapifero aut aduocato aut qualicunque nomine cenſeatur in predictis nullatenus valeant impediri. Vt autem hec noſtra donatio rata permaneat et perpetuo tempore inconuulſa preſentem paginam ſuper eo confectam predictis noſtris ciuibus conſcribi iuſſimus ſigilli noſtri appenſione roboratam. Datum et actum *Arnſteten* preſentibus *nobilibus viris Bartholdo de Hennenberg, Conrado de Wernigerode, Henrico de Schwartzburg Comitibus* et *Conrado de Sluzelberg* ac prudentibus viris *Thylone de Apenburch, Heyſone de Wimmyge*, ciuibus conſi-

liariis Magdeburg ciuitatis et quam plurimis aliis fide dignis. Nonis Auguſti anno domini milleſimo trecenteſimo viceſimo tertio, regni vero noſtri anno nono.

* *

XXII.

LVDOVICVS

MARCHIO BRANDENBURG.

confirmat ciuitati Brandenburg omnia iura et priuilegia a praedeceſſoribus indulta.

A. 1324.

Ex Orig. membr.

In nomine domini amen. *Lodeuicus* dei gratia *Brandenburgenſis et Luſacenſis Marchio, Comes palatinus Reni, Dux Bauarie, Sacri romani Imperii Archicamerarius*, fidelibus ſuis et dilectis conſulibus atque vniuerſitati Burgenſium in antiqua *Brandenburg* preſentium et futurorum gratiam ſuam et omne bonum. Cum frequens et aſſiduus in eo noſter debeat figi cogitatus quo modo ſubditorum noſtri dominatus commoda latiſſime ampliemus, in eos tamen ſubditos quos maior commendat fidelitas fauorem noſtre clementie compellimur ex debito diffuſius infundere ſpeciali. Hinc igitur eſt quod veſtra fidelitate quam a noſtra vllo vnquam tempore memoria excidere

excidere nolumus poſtulante tali vobis ac veſtre poſteritati duximus pro homagio nobis cum beneuolentia per vos facto, dono noſtre ſpecialis gratie prouidendum. Quod vniuerſa veſtra iura, gratias, donationes, libertates, conſuetudines approbatas, proprietates, pheuda veſtra; vobis et anteceſſoribus veſtris atque ciuitati noſtre *Brandenborch* a noſtris predeceſſoribus *Marchionibus de Brandenborch* data collata et conceſſa iuxta tenorem literarum Marchionum eorundem vobis deſuper traditorum nec non ipſas literas ſeu priuilegia perpetua et perſonalia eorundem prout rite et rationabiliter vobis et ciuitati conceſſa ſunt approbamus ratificamus et preſentis pagine patrocinio de plenitudine ſpecialis fauoris quem ad vos gerimus ſolemniter confirmamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtram infringere aut ei auſu temerario contraire. In premiſſorum omnium perhenne teſtimonium preſens vobis ſcriptum confici et ſigilli noſtri appenſione iuſſimus communiri. Preſentes huic facto noſtro affuerunt, *ſpectabilis vir Dominus Bartoldus Comes de Hennenberg, Hinricus et Iohannes ipſius comitis filii auunculi noſtri, nobilis vir dominus Hinricus Comes de Schwartzborch et Guntherus Comes de Lyndowe* cum aliis fide dignis. Actum et Datum *Stendal* anno domini M°. CCC°. XXIIII°. in purificatione ſancte Marie *in noſtra preſentia* ac honorabilis viri domini *Segeri prepoſiti Stendalgenſis noſtri prothonotarii* per manum *Hermanni de Luchowe.*

* *

XXIII.

HENRICVS

COMES DE HENNEBERG

Capitaneus Marchiae Brandenb.

ciuitati Brandenburg mericam prope ciuitatem confert. A. 1324.

Ex Orig. membr.

Nos *Heinricus* dei gratia *Comes minor* ſpectabilis viri *Bartholdi de Henneberg primogenitus in territorio Brandenburgenſi Capitaneus* recognoſcimus in his ſcriptis publice proteſtantes quod honeſtis viris et prouidis ciuibus preſentibus et futuris veteris Brandenburg. ciuitatis inhabitatoribus *Mericam* prope ciuitatem iam dictam ſitam cum omnibus paſcuis pratis graminibus lignis ac vniuerſis attinentiis et precipue cunctis infra Mericam memoratam incluſis a termino aggeris poſtremi et vltimi fines *Obule* ab altera parte attingentis vſque ad terminos ciuitatis pretaxate procedentem ad vtilitatem communium inhabitantium ex parte domini noſtri *Ludouici* principis illuſtris Marchionis Brandenb. contulimus preſentibus et conferimus libero noſtro arbitrio pollicito ſimul et de conſenſu eadem ſub forma ſicuti ipſa *Merica* ſepius tacta a dominatu caſtri et terre antique *Plawe* diutius eſt poſſeſſa. Quam quidem *Mericam* vt ſuperius eſt expreſſum ciuitatenſes

pre-

Digitized by Google

predicti perpetuo possidebunt hereditarie libere pacifice et quiete. Insuper adiicientes quod quandocunque litere similes illis a domino nostro Ludouico Marchione Brand. super hoc negotium suis patentibus confirmentur instrumentis ex tunc litere nostre presentes he penitus deleri debebunt. In cuius rei et facti euidentiam firmiorem has literas presentes super hoc confectas sigilli nostri munimine fecimus roborari. Presentibus quam plurimis fide dignis. Datum et actum in veteri *Brandenburg* ciuitate anno domini M°. CCC°. XXXIIII°. die dominica ante B. virginis purificationem.

* *

XIV.

LVDOVICVS

BRANDENB. MARCHIO

ciuitati Brandenburg molendina donat et stagna quaedam A. 1324.

Ex Origin.

In nomine domini amen. *Ludouicus dei gratia Brandeburgensis et Lusacensis Marchio, Comes palatinus Rheni, Dux Bauarie, sacri imperii archicamerarius*, fidelibus suis ac dilectis consulibus atque vniuersis burgensibus veteris ciuitatis *Brandenborch* presentibus et futuris gratiam suam et ad futuram memoriam subscriptorum. Cum ex debito ad subditorum nostri principatus compen-

dium ampliandum, diſpendiumque remouendum noſtra debeat ſedulo verſari intentio circa omnes, deſiderio tamen deſideramus in eos noſtrum fauorem tanto copioſius diſtribui, quanto ſincerius ipſos precellens fidelitas recommendat. Sinceritatem ergo veſtram nobis per vos exhibitam benigno contuentes aſpectu tali vobis duximus commodo atque gratia ſuccurrendum quod vobis veſtrisque poſteris nec non ipſi ciuitati noſtre veteri *Brandenborch a qua noſter principatus traxit originem, in qua etiam officium Archicamerarii* (*) *ſacri imperii qua Elector imperii dicimur et ſumus principaliter radicatur*, que quoque ſede epiſcopali digne et laudabiliter decoratur, dedimus ſolempniter et donamus proprietatem atque hereditatem molendinorum in antiquo aggere prope dictam noſtram ciuitatem ſitorum cum ipſo aggere et cum ipſius aggeris ſummo et inferiori iudicio cum vniuerſis vtilitatibus *pachto* et prouentibus qui de ipſis poterunt prouenire. Volentes inſuper vt vniuerſarum villarum ruſtici qui tempore noſtrorum predeceſſorum bone memorie marchionum Brandeburgenſium ad predicti aggeris refectionem obligati fuerunt, etiam ex nunc et in antea ſemper obnoxii remaneant ad dictum aggerem radicandum funditus et ad ipſum faciendum ſicut fuerit oportunum, et quod ab eodem leſio non procedat prout etiam hec libertas in huiusmodi aggerem a noſtris predeceſſoribus eſt indulta. Concedimus inſuper et in proprium vobis donamus liberaliter ſtagnum inter ciuitatem

pre-

Digitized by Google

predictam et villas *Rewant* et *Bogow* fluens cum ceteris vniuerſis aquis prope ciuitatem vndique ſuperius et inferius decurrentibus, que *Nicolao de Bene* et ſuis patruis pertinebat cum vniuerſis vtilitatibus quibus dictus *Nicolaus* et ſui patrui easdem aquas poſſediſſe noſcuntur poſſidendas et habendas cum plena libertate et cum perfectione tota ſupremi et inferioris iudicii, ad easdem dictarum quoque aquarum diſtinctio vsque in fluuium *Wazmok* et vſque in aquas que *Plauerwater* nuncupatur vulgariter ſe extendet. Vt autem donationes predicte ſemper vobis et *ciuitati noſtre, que tamquam caput ceteris ciuitatibus tamquam membris iura atque normam iuſte viuendi ex diutina et approbata atque preſcripta conſuetudine diſtribuit* (**) maneant perpetuo tempore ſtabiles et illeſe et ne a quoquam noſtrorum ſucceſſorum vel etiam officiatorum dicte noſtre donationes inpoſterum irritentur hanc paginam ſuper eo dari et ſigilli noſtri robore iuſſimus firmiter communiri. Teſtes quoque ad premiſſa vocati ſpecialiter et rogati ſunt, *ſpectabilis vir dominus Bartoldus et Henricus eius filius Comites de Hennenberg, nobiles viri Henricus de Schwartzborch* et *Guntherus de Lindowe Comites, honorabilis vir dominus Segerus prepoſitus Stendalgenſis noſtre curie prothonotarius, Gherardus de Kerckoue* et *Bertoldus de Botz milites noſtri* cum pluribus aliis fide dignis. Datum *Brandenborch* in noſtra preſentia anno domini M°. CCC°. XX°. IIII°. vigilia S. Mathie apoſtoli per manum *Hermanni de Luchou.*

(*) Schon

(*) Schon in doc. Ottonis Marchionis de A. 1170, ſub No. I. huius Tomi ſtehet, daß *Camera imperialis* in der Stadt Brandenburg geweſen. Man findet die erſten Spuren bey dem Hauſe Brandenburg von dem officio Camerarii ap. ARNOLDVM LVBEC. ad A. 1184. wo er curiam ſplendidam Friderici hoc anno Moguntiae celebratam beſchreibet, und dabey ſaget - - - officium dapiferi, ſeu pincerne, camerarii ſeu Mareſchalci non niſi reges vel duces aut Marchiones adminiſtrabant, und *Otto de S. Blaſio*, *cap.* 26. *p.* 210. ad h. a. verſichert, daß Marggraf Otto von Brandenburg damals im kayſerlichen Hoflager geweſen, daß alſo zu vermuthen, es habe ſelbiger dieſes officium, ſo hernach dem Churhauſe Brandenburg erblich geworden, damals verwaltet. Daß die deutſchen Kayſer und Könige e curia regum Francorum, et ad modum derſelben dieſe officia beſtellet und angenommen, iſt eine bekannte Sache; indeſſen aber ſind doch die Worte des angezogenen doc. de A. 1170. *Camera imperialis*, und hier - - - *in qua* (nempe ciuitate Brandenburg) *etiam officium Archicamerarii* ſacri imperii qua elector imperii dicimur et ſumus *principaliter radicatur*, nicht gänzlich aus der Acht zu laſſen, und bey anderer Gelegenheit näher zu unterſuchen.

(**) Hier wird der Schöppenſtuhl gemeynet, ſo A. 1315. Maragraf Iohannes allhier angeleget, davon die Urkunde ſub No. XV. hierbey communiciret iſt.

* *

XXV.

HENRICVS

COMES DE HENNEBERG

Capitaneus Marchiae Brandenburg.

confert ciuitati Brandenburg mericam.

A. 1324.

Ex Orig. membr.

Nos *Hinricus* dei gratia *Comes minor ſpectabilis viri B. de Hennenbergh primogenitus in territorio Brand. Capitaneus* recognoſcimus in his ſcriptis publice proteſtantes quod honeſtis viris et prouidis ciuibus preſentibus et futuris veteris Brandenb. ciuitatis inhabitatoribus *mericam* prope ciuitatem iam dictam ſitam cum omnibus paſcuis, pratis, graminibus, lignis, ac vniuerſis attinentiis et precipue cunctis infra memoratam *mericam* incluſis a termino aggeris poſtremi et vltimi fines *Obule* (*) ab altera parte attingentis vſque ad terminos ciuitatis pretaxate procedentem ad vtilitatem communium inhabitatorum ex parte domini noſtri *Ludouici* principis illuſtris *Marchionis Brand.* contullmus preſentibus et conferimus libero noſtro arbitrio pollicito ſimul et de conſenſu eadem ſub forma ſicuti ipſa *merica* ſepius tacta a dominatu caſtri et terre antique *Plawe* diutius eſt poſſeſſa. Quam quidem Mericam vt

ſuperius eſt expreſſum ciuitatenſes predicti perpetuo poſſidebunt hereditarie libere pacifice et quiete. Inſuper adiicientes quod quandocunque litere ſimiles iſtis a domino noſtro Ludouico Marchione Brandenburg. ſuper hoc nogotium ſuis patentibus confirmentur inſtrumentis extunc litere noſtre preſentes penitus deleri debebunt. In cuius rei et facti euidentiam firmiorem has literas preſentes ſuper hoc confectas ſigilli noſtri munimine fecimus roborari, preſentibus quam plurimis fide dignis. Datum et actum *in veteri Brandenb. ciuitate* anno domini M°. CCC°, XXIIII°. die dominica ante beate virginis purificationem.

(*) Obula i. e. die Hapel.

* *

XXVI.

LVDOVICVS

ROMAN. REX

ciuitati Brandenburg priuilegia et libertates confirmat. A. 1324.

Ex Orig. membr.

Ludouicus Dei gratia *Romanorum Rex ſemper Auguſtus* prudentibus viris conſulibus et vniuerſitati ciuium noue ciuitatis in *Brandenburch* fidelibus ſuis dilectis gratiam ſuam et omne bonum.

Regis

Regia munificentia licet omnibus esse consueuerit liberalis, illos tamen gracioſius amplectitur et fauore proſequitur ampliori, quos fide, deuocione, et operis exhibicione ſibi fore conſpicit prompciores. Conſideratis igitur fidelitatis et deuocionis veſtre meritis porrectis nobis veſtris peticionibus beneuolencius annuentes, noſtri ac illuſtris *Ludouici Marchionis Brandenburgenſis* primogeniti et principis noſtri kariſſimi nomine, cui vos deuote et humiliter ſubdidiſtis omnia priuilegia, libertates, iura, et ſcripta antiquitus a Marchione *Woldemaro* et prioribus marchionibus Brandenburgenſibus vobis tradita et conceſſa, ſicut ea rationabiliter ſunt tradita et conceſſa approbamus, confirmamus et preſentibus literis innouamus. Ad hec declaramus diffinimus ac notum facimus vniuerſis quod vos ac ciuitas veſtra cum contingentibus murorum edificiis et toto ſuo ambitu atque fundo a nullo principe eccleſiaſtico, archiepiſcopo, epiſcopo vel inferioris gradus prelato vel perſona nec etiam ſeculari rege duce vel inferioris ſtatus comite domino vel barone in feodum deſcenditis, *ſed immediate ad ſacri romani imperii regum ac principum collationem et feodum pertinebitis.* In quorum omnium teſtimonium preſentes vobis dedimus et ſigillo maieſtatis noſtre iuſſimus communiri. Datum in *Franckenfurt* VI. Kl. Iulii anno domini milleſimo Trecenteſimo viceſimo quarto, regni vero noſtri anno decimo.

XXVII.

* *

XXVII.

Die von SCHVLENBVRG überlassen

Kornpächte aus dem dorffe Zyrau an der Catharinen Kirche zu Salzwedel. A. 1324.

Ex Copia antiq.

In Gades namen Amen. Wy *herr Thiderick, herr Bernardt, herr Werner ridder* geheten *van der Schulenborch* bekennen an düſſem breue dat wy hebben vorkofft *herrn Wernere van Chüden* und den Radtmannen uth der *nygen Stadt tho Soltwedel* eyne brede Landes *up der marken tho Syrou* de heth tho den viff houen, de acker gyfft twe *wynſchepel* roggen tho pachte vor XXIIII. marck Stendelg. ſüluers rede betalet tho deme altare dat *Albrecht van Chüden* hefft ghemaket in der kerken tho Sünte Catherinen. Des hefft *Bodo van Walſtaue* und *Bodo van Cytenitze* redet und lauet myt uns an ſamder hand, dat we viefe ſcölen van deme varſpraken ackere den eyghendom weruen id ſy by eynem jahre efite by tween vor ridder und knapen borgere und dat landt tho *Soltwedel* tho rechte underdenich weſen ſcholle, were dat ſake dat under uns viefen eyn ſtorue, ſo ſcholle wy veere eynen andern ſetten in ſyne ſtede dar *herrn Wernere van Chüden* anghenöghe und

den

den Radtmannen der nygen ſtadt tho *Soltwedel*. Dat deſſe ſaken ſtede unde vaſte blieuen, des hebbe wy viefe unſe ingheſegele henghet an deſſem breff, deſſe gheuen is na Gades bordt duſend jahr, dre hundert jahr, und in dem veer und twintigheſten jare in Sünte Benedictus daghe.

* *

XXVIII.

NOBILES DE BARTHENSLEVEN vendunt curiam in villa Ritze Wernero de Chüden ad dotandum altare in eccleſia S. Catharinae in ciuitate Soltwedel. A. 1325.

Ex Copia antiqua.

In nomine domini Amen. Quoniam ea que ſiunt a mortalibus cito a memoria euaneſcunt niſi ſcripture teſtimonio roborentur. Hinc eſt quod nos *Gunzelinus et Borchardus patrueles de Barthensleue* milites recognoſcimus per preſentes quod de noſtrorum conſenſu heredum legitimorum vendidimus domino *Wernero dicto de Chüden* ſacerdoti et conſulibus noue ciuitatis Soltwedel vnam curiam in villa *Ritze* cum quatuor manſis cum aduocatia et cum omni iure liberam

ab

ab omni precaria tam in agris quam in pratis cultis et incultis aquis pascuis et nemoribus suisque pertinentiis vniuersis pro quadraginta marcis argenti Stendalienſis iam persolutis, quam pecuniam *Albertus de Chüden* dictus quondam ciuis iam dicte ciuitatis prefati domini *Werneri frater* pro sue anime suorumque progenitorum remedio legauit ad dotandum vnum altare in ecclesia S. Catharine ciuitatis predicte consecrandum in honorem dei sueque matris sanctissime et beatorum apostolorum Symonis et Iude prefato domino Wernero iam porrectum. Soluunt autem prefata bona tres choros siliginis annuatim et dimidiam marcam argenti Stendalienſis in festo S. Michaelis tollendam. Illam autem dimidiam marcam idem dominus Wernerus cum sua matre *suo fratre Rudolpho* ac *Ebelkino eiusdem Rudolphi filio* sue vite temporibus percipient tali condicione quod sepe dictus dominus Wernerus eandem dimidiam marcam quoad vixerit tollat mater vero sua si ei superuixerit eandem dimidiam marcam sue vite temporibus percipiet sola, Rudolphus autem et suus filius prefati si predictis duobus scilicet domino Wernero et sua mater superuixerint ambo tollent ita quod vltimus eorum in vita integraliter quam diu vixerit dimidiam marcam percipiet sepe fatam. Omnibus autem prefatis personis viam vniuerse carnis ingressis sepe dicta dimidia marca ad altare supradictum in perpetuum pertinebit, ius patronatus autem altaris memorati ad consules pertinebit ciuitatis supra dicte. Testes huius facti

sunt

sunt *dominus Thidericus*, *dominus Bernardus et dominus Wernerus fratres dicti de Schulenborch milites*, *Bodo de Walstaue*, *Bodo de Cytenitze* et alii quam plures fide digni, in quorum omnium euidentiam sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno domini Millesimo tricentesimo vigesimo in die Iohannis baptiste et martyris.

* *

XXIX.

SENATVS CIVITATIS SOLTWEDEL

testatur

de venditione quadam in gratiam ecclesiae S. Catharinae ibidem facta. A. 1327.

Ex Copia antiqua.

In nomine domini amen. *Nos Hupertus Hermannus, Marquardi, Vinkelere, Thidericus Kossun, Thidericus Doleator, Ioannes Rekeling, Hinricus Brunow, Iohannes Veleuitz, Bodo Vicken, et Hinricus Medebeke, Consules noue ciuitatis Soltwedel* recognoscimus publice protestantes quod *Henricus de Pügghen* sana vita sua comite cum bona voluntate vxoris sue et suorum heredum vendidit et resignauit *domino Wernero de Chüden* vnam marcam denariorum census perpetui ex hereditate sua in qua nunc moratur perpetue perci-

Digitized by Google

precipiendam in hunc quidem modum. Predictus dominus et mater sua suis temporibus hoc censu perfrui licite et pacifice debebunt et post decessum amborum *Rodolphus de Chüden frater predicti Werneri et suus filius Albertus* simili modo suis temporibus predictum censum percipere debebunt, verumtamen post mortem omnium predictorum octo solidi de censu prenominato debebunt deuolui in redditus altaris Symonis et Iude beatorum apostolorum fundati in ecclesia beate Catharine virginis gloriose in noua ciuitati *Soltwedel* situata, videlicet vt si quis prenominati altaris tunc temporis est vicarius predictos octo solidos suo ministro erogabit et octo solidos vitricis ecclesie debebunt presentari ibidem in pretium calcantium organa. Iste census quattuor temporibus anni est erogandus sic, quattuor solidi in natiuitate domini dari debent, quattuor in festo pasche, quattuor in festo Ioannis baptiste atque quattuor in festo Michaelis dabunt. Preterea possessor dicte hereditatis pro hoc censu debet dare sicut pro aliis bonis suis *exactionem que Schodt vulgariter nuncupatur*, qui census si non daretur quolibet termino expedite mox nunetius ciuitatis expignorare deberet eundem. Verumtamen hanc elemosynam sepe dictus dominus Wernerus fecit predicto altari et calcantibus organorum post obitum suum et aliorum trium ob reuerentiam omnipotentis dei et sue matris virginis marie et omnium sanctorum in remedium anime suo et omnium

nium ſuorum progenitorum. In quorum omnium euidens teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt annexum. Datum *Soltwedel* anno domini milleſimo triceteſimo vigeſimo in die Martini epiſcopi.

* *

XXX.

LVDOVICVS

MARCHIO BRANDENBVRG.

curiam ſupra locum Bentz donat ciuitati Rathenou. A. 1329.

Ex Copia.

Ad perpetuam rei memoriam infra ſcript. Nos *Lodouicus* dei gratia Brandenburg. et Luſatie Marchio, Comes Palatinus Rheni Dux Bauarie Sacri romani imperii Archicamerarius recognoſcimus tenore preſentium proteſtantes, quod fidei puritate fidelium noſtrorum Burgenſium de *Spandou* quam per operis experientiam cognouimus, nos cogente dedimus eisdem et per preſentes donatione ſolempni damus in perpetuum curiam ſitam ſupra locum qui dicitur *Bentz* intra plateas dicte noſtre ciuitatis *Spandou*, quam nunc domina dicta *Tczimne* poſſidet habendam et poſſidendam poſt obitum dicte domine cum om-

nibus ſuis attinentiis ſcilicet caſis, pratis, agris, iudicio, cum pleno iure renunciantes dicte curie et vniuerſis predictis ſuis pertinentiis - - - - Et vt hec noſtra donatio ſemper permaneat inconuulſa preſentes inde confici et ſigilli noſtri robore mandauimus firmiter communiri. Preſentibus teſtibus videlicet *domino Günthero Comite de Lindoue, Hinrico de Sydoue, Betekino de Wiltberg, Loſero et Hermanno de Wolcoue militibus, Hermanno de Luchoue noſtro notario* cum aliis *de noſtra familia* fide dignis. Datum *Berlin* anno domini milleſimo trecenteſimo vigeſimo nono, Sabbatho poſt feſtum beatorum Petri et Pauli apoſtolorum.

* *

XXXI.
HENNINGHVS
DE GARTHOV
confert XXX. modios ſiliginis ex villa Benkendorff congregationi der Elenden Ghilde in ciuitati Soltwedel. A. 1336.

Ex Orig. membr.

In nomine domini Amen. Ego *Henninghus famulus de Garthoue* dictus filius *Iohannis* quondam militis dicti *de Garthoue* (*) felicis recordacionis preſentibus recognoſco quod in preſencia mea conſtituti *Thidericus, Iohannes Hinricus fratres*

tres filii Ghodekini Godſchalci quondam ciuis in *Soltwedel* clare memorie matura ipſorum deliberacione prehabita et vnanimi voluntate ac pleno conſenſu omnium eorum ſuper hoc requirendorum dimiſerunt et reſignauerunt diſcretis viris *Henneken Brunoswick, Iohannes Zelzingh, Thyderico Breuitz, Iohanni Klot* illius anni *tutoribus congregationis dicte Elendenghilde* atque *Veſoni Lydderus, Stephano Thuritzen, Henneken Wenth, Helmerico de Stolpen, Philippo piſtori, Tyloni de Vrsleue ciuibus in Soltwedel* ad manus predicte congregacionis in curia Gherardi de Lyſten ſita in villa *Bennekendorp* XXX. modios ſiliginis et duos pullos annis ſingulis percipiendos cum omni iure ſupremo et infimo, aduocacia cum omnibus attinenciis cuiuscunque condicionis fuerint etiam cum iure infra ſepes ipſius curie. Quare quidem curiam ſeu redditus predicti filii Godekini Godſcalci a me hactenus iuſto pheodo habuerunt. Inſuper ego Henninghus predictus famulus profiteor manifeſte quod dictis tutoribus dicte congregacionis et eorum ſociis pronotatis dimiſi ac preſentibus dimitto ius pheodale ſuper dictos redditus et curiam ad vſum ſepe dicte congregacionis perpetue poſſidendum nihil penitus reſeruans et meis heredibus veris in iam dicto iure pheodali. Ipſis etiam volo et debeo hujusmodi iuris pheodalis prout iure eſt cautum plenam warandiam miniſtrare. Ita ſi aliquis in poſterum predictum ius pheodale impecierit quoquo modo hoc ſimpliciter ego *Henninghus* prenotatus famulus meis

laboribus pariter et expensis propriis debebo *disbrigare* (**) quod promitto per presentes. In cuius rei lucens testimonium *sigillum mei patris supradicti quo frequencius vtor tanquam proprio* presentibus est appensum. Anno domini M. CCC. XXXVI. Fer. IV.

(*) Die Familie des Herrn von Garthou ist circa medium des vorigen Saeculi mit Ioachim und dessen Sohn Jan von Garthou ausgestorben. Sie haben außer sehr vielen Kornpächten und Unterthanen auch verschiedene Güter in Poritz, Berkau, und Büssen besessen, so nunmehro insgesamt denen Herren von Kouen gehören, welche vom König Friderich I. damit A. 1703. als feuda aperta beliehen worden.

(**) *Disbrigare* et *imbrigare* findet man verschiedentlich in documentis. Beyde Wörter müssen vermuthlich ihre Ableitung von dem alten Wort *Briga* i. e. *rixa*, *lis*, *molestia*, hernehmen, und bedeutet also *disbrigare* a rixa et lite liberare, und *imbrigare* rixae et liti inuoluere. Documentum Hamburgense de A. 1388. ap. STAPHORST *in der Hamburg. Kirch. Histor. Tom. III. p.* 92. „Si vero quod absit, dictas petias terre contigerit per quemcumque in futurum quomodolibet *imbrigari* impeti vel impediri„.

XXXII.

* *

XXXII.

Die Fürſten VON ANHALT,

begeben ſich

ihres Rechts an der Stadt Stendal, und wollen ſolche von dem Ertzbiſchoff Otten zu Magdeburg nicht einloeſen. A. 1351.

Ex Origin.

Wir *Albrecht* unde *Woldemar* Gebrüdere von Goths Gnaden Fürſten zu Aſcanien unde Greuen tho Anhalt bekennen uffenbahre dat wir haben gelaten ledich unde loos die Stadt zu *Stendal* in der Alden Marcke, wy laten ſie looſs in dieſeme kegenwordigen brieue allet Gelöbdes dat ſie uns hat geuen et ſy in brieuen edder in worden oder an welcherlie wys id ſy, dewiele dat wir ſie nicht inlöſen von dem ehrwerdigen in Gode Vatere unſerm heren Otten Ertzbiſchoſe des heiligken Gotshuſes *zu Magdeburg* oder von ſinen nahkomelinghen oder von ſinem Gotshuſe. Das haben wir zu einer Orkunde unſe Ingeſigele an dieſen brief laten ghehenget unde hie ſint über gheweſen die erbahren lüde herr *Gerlach von* HORNELS, *Sanckmeiſter des vorgenanten Gothshuſes zu Magdeburg*, *herr Gumprecht von*

Aldenhuſen, herr Günther von Amvorde, herr Conrad von Eickſted, herr Thiele von Rakut, herr Barthold Marſcal rittere, Albrecht von Aluensleuen, Henning von Börſtel, Claus von Bismarck, Conrad Hidde, Gyſe Wernicke und vele guder lüde, gegeben nach Godes borth drittein hundert jahr in dem ein und fumftigeſten jahre am Sünte Scholaſtiker taghe der heiligen Jungfrauen.

* *

XXXIII.

LVDOVICVS ET OTTO

MARCHIONES BRANDENBVRG.

donant proprietatem inſulae Crummedik ordini S. Iohannis Hieroſolymit. A. 1360.

Ex Copia.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Ad perpetuam rei geſte memoriam nouerint vniuerſi et ſinguli tenorem preſentium inſpecturi, quod nos *Ludouicus Romanus* et *Otto* fratres dei gratia *Marchiones Brandenburgenſes et Luſatie* ſacri romani imperii *Archicamerarii*, comites Palatini Rheni et Bauarie Duces, tractata ſolenni precedente et deliberatione matura prehabita cum noſtris

noſtris Conſiliariis et Conſulibus ciuitatum noſtrarum precipue *trans Albim in antiqua Marchia* quorum conſiliis et conſenſu vſi, religioſis et honorabilibus viris domino *Hermanno de Werberghe Magiſtro domus ſancte Hoſpitalis ordinis ſancti Iohannis Hieroſolymitani* per Saxoniam Marchiam Brandenburgenſem Slauiam et Pomeraniam et omnibus et ſingulis ſucceſſoribus ſuis magiſtris ordinis predicti qui pro tempore fuerint ac ordini predicto et fratribus ipſius preſentibus et futuris in perpetuum donauimus et donamus meliori modo et forma quibus fieri poterint proprietatem *inſule* vulgariter dicte *Crummendick*; dioceſios Verdenſis et villarum ac curiarum infra ſcriptarum *Quernſtede*, *Predemſtorpe*, *Krizou*, *Holtorp*, *et curie dicte Lueland*, *curie dicte Krighe*, *Capern*, *Gummern et curie Konkern*, *Hohenwerſtorp*, *Brunſtorp* et *Streſou* cum omnibus honoribns, fructibus, prouentibus, *iurisdictionibus* cum omni iure ſupremo patronatus eccleſiarum et iure inpheudandi hos quos ibidem a nobis conſueuerunt inpheudari, commodis, vtilitatibus, agris cultis et incultis, lignis, rubetis, pratis, paſcuis, nemoribus, venationibus, decimis realibus et perſonalibus magnis et minutis quocunque nomine cenſeantur, aquis ſtantibus et fluentibus, ac riuulis, et aquarum decurſibus, molendinis aquaticis et ventis moueri ſolitis, finibus et limitibus et omnibus que inter limites poterunt comprehendi cum omni iure et pertinentiis ad eandem inſulam pertinentibus et ad villas et ad curias.

easdem cum omni libertate absque onere seruitii - - - - (*)

(*) Allhier war diese Copey abgebrochen, in der Rubrik aber stand die Jahrzahl 1360. Die hier benannten Dörfer liegen mehrentheils nahe bey *Schnakenburg* und *Garthou*, und weil die Elbe, der Aland und die Zehre in derselben Gegend diese Dörfer einschliessen, und also fast zu einer Insul machen, so glaube ich, daß daher die hier vorkommende Benennung *Insula Crummendiek* entstanden. Itzo gehören die mehresten zum Hause *Garthou*, und unter Lüneburgische Hoheit.

* *

XXXIV.

OTTO,

MARCHIO BRANDENBVRG.

renouat literas ciuitati Werben olim datas. A. 1365.

Ex Orig. membran. Arch. Werbens.

Nos *Otto* Dei gratia Brandenburgensis et Lusatiae Marchio sacri Romani imperii Archi-Camerarius, Comes Palatinus Rheni et Bauariae Dux coram vniuersis et singulis tam praesentibus quam futuris recognoscimus in his scriptis lucide protestantes, quod constitutis coram nobis fidelibus nostris dilectis Consulibus oppidi nostri *Werben* quasdam literas vetustate consumtas nobis

bis exhibuerunt ſupplicantes humiliter vt eas de ſpeciali gratia innouare dignaremur, quarum tenor de verbo ad verbum ſequitur in haec verba (1 *Iohannes et Otto* (*) Actum apud Hauelberg A. 1226. 13. Kal. Maj.) (2 *Mechtildis* dei gratia Marchioniſſa et eius filii *Iohannes* et *Otto* Marchiones Brandenburgenſes, quemadmodum que ſcripto commendantur ab humana non facile memoria labuntur, placuit ea de quorum obliuione oriri poteſt confuſio literis eternare, vnde notum facimus vniuerſis preſentem paginam inſpecturis qud nos diuerſis et importunis incommoditatibus dilectorum ciuitatenſium noſtrorum de *Werben* compaſſi ipſorum inopiam et defectum pro parte ſubleuare volentes bona noſtra ipſi ciuitati adiacentia et nobis vacantia *vltra Albiam et ſecus aquam que Obula dicitur* (**) ſita in aquis, paſcuis, pratis, virgultis, ſiue in aliis quibuscunque vſibus dedimus eisdem. Ita quod eis et eorum ſucceſſoribus ad ipſorum communem vſum perpetuo ſit duraturum, volumus inſuper vt eiusdem noſtre ciuitatis iudex ſi quid ſuper ipſo fundo a nobis dato iudicandum emerſerit, plenam ibidem iudicandi habeat poteſtatem. Et in ſufficiens huius facti noſtri teſtimonium decernimus *hanc cedulam* ſigilli noſtri impreſſione muniendam. Teſtes autem qui facto huic aderant hi ſunt, *Sigfridus Comes de Oſterburg*, *Vlricus Comes de Luchoue*, *Volradus Comes de Dannenberg*, *Theodericus et Henricus fratres de Oſterburg*, *Gerardus de Belitz*, *Gotzwinus de Boizenburg*, *Hein-*

ricus de Stendal, *Gerardus Aduocatus de Saltwedel*, *Aluerikus de Kerkou*, *Iohannes Auca*, *Fridericus de Kemerich*, *Arnoldus de Werben* et alii quam plures. Actum apud *Seehuſen* anno ab incarnatione domini M°. CC°. XXV.

Nos vero ipſorum iuſtis precibus inclinati ipſas literas cum omnibus ſuis clauſulis et articulis innouamus, ratificamus, approbamus et tenore preſentium confirmamus volentes ipſas a nobis heredibus ac ſucceſſoribus noſtris perpetuis temporibus inuiolabiliter conſeruari. In cuius rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus duximus appendendum. Preſentibus *nobili viro Iohanne domino de Kotbus*, *ſtrenuisque viris Petro de Bredou*, *Martino de Kuntzendorp*, *Hermanno de Wulkou*, *Hermanno Muraber militibus*, *Hinrico de Schulenborg*, *Guntzlino de Bartensleben et Henrico de Gottberg* et pluribus aliis fide dignis. Datum *Werben* anno domini Milleſimo Trecenteſimo Sexageſimo quinto ante dominicam qua cantatur Oculi feria ſexta.

(*) Dieſe Urkunde ſtehet ſchon bey Hr. LENTZ *in der Samml. Brand. Vrkund. p.* 25. dahero ich ſie hier mit Fleiß ausgelaſſen; die zweyte von der Marggräfineu Mechtild ſteht zwar auch ſchon in des Hr. LENTZ *Grafen-Saal p.* 216. ſie zeichnet ſich aber hier nach dem Original weit accurater, dahero ich ſie cum renouatione Marchionis Ottonis nochmals ediret, welche l. c. fehlet.

(**) *Obula* iſt die Havel, ſo bey Werben in die Elbe fließet. Der ANNALISTA SAXO *ap. Eccardum*

Tom.

Tom. I. ad A. 1056. gedenket dieſes Stroms bey Gelegenheit einer großen Niederlage der Chriſten wider die Liutizer Wenden: Magna caedes a barbaris, qui Liutici dicuntur, in Chriſtianos facta, quorum quidam gladio fugientes in aqua perierunt, inter quos Willehelmus Aquilonalis Marchio occiditur non procul *a caſtro quod Prizlaua dicitur, quod ſitum eſt in littore Albis fluuii in oſtio vbi ipſe recipit Habolam fluuium.* Nach der Lage und dieſer Beſchreibung iſt faſt nicht anders zu vermuthen, als daß der ANNALISTA hier *Werben* gemeynet, und vielleicht dieſer Ort von den Wenden damals *Prizlaua* benennet worden. Der CHRONOGRAPHVS SAXO und andere Coaeui gedenken zwar dieſer Schlacht, zeigen aber keinen Ort an, wo ſolche geſchehen. Herr Rath GEBHARDI *in Marchion. Aquilon. Tab. I.* ſetzet: Wilhelmus Marchio aquilonalis occiſus a Slauis *ad Prizwalcum* 1056. Allein *Prizwalck* kann es nicht ſeyn nach der Beſchreibung des ANNALISTAE, weil dieſer Ort viel zu weit von der Elbe und der Havel entfernt lieget.

XXXV.

* *

XXXV.

FRIDERICH

Burggraff von Nürenborg

confirmiret als Stadhalter der Marck der Stadt Werben ihre privilegia und Gerechtigkeiten.

A. 1412.

Ex Orig. membr.

Wir *Fridrich von Gotes gnaden Burggraue zu Nüremberg Oberſter Vorweſer der Marcke zu Brandenburg* bekennen offenlichen mit dieſem brieff, daſs wir haben beſtetigt und beſtetigen mit diſem brieff unſern lieben getruwen Rademannen und den gemeinen burgern der Stat zu *Werben* und rittern und mannen geiſtlichen und wertlichen und allen den die in der Olden Marck geſeſſen ſin und zukommende werden alle ire rechtikeite unde alle ire gute gewonheite unde alle ire Lehene und alle ire brieue die ſie haben über Lehen, erbe, eigen, phantſchafft und gutere, über alle ire fryheite, alle ire rechtikeit, über alle ire guten alden gewonheiten die ſie haben von allen unſern vorfaren fürſten und fürſtinnen ſtete und gantz zu haldende, und alle ire rechtikeite und fryheite nicht zu ergernde noch zu krenckende ſunder allerley argeliſte. Mit urkunde diſs

brieffs

briefs verſigelt mit unſerm anhangenden Inſigel, der geben iſt zu *Werben* am Sontag vor ſant Lucien tag noch Chriſti geburt viertzehenhundert Jare und darnach im zwelfften Jare ,—,—

* *

XXXVI.

Die von SCHVLENBVRG verkauffen die Bede im Dorffe Wiſtede an das Cloſter Diſtorff. A. 1415.

Ex Copiar. Saec. XV.

Ick *Berend von der Schulenborch* de eldere *Hans* myn broder, *her Fritze myn ſone* (*) und *Buſſe* hern *Fritzen* ſone alle heten *van der Schulenborch* bekennen in deſſem breue dat we mit vulbord uſer eruen hebben vorkofft und laten tho enen rechten kope Hern *Ludelue Verdemann vorſtender tho Diſtorppe, vor Alheyde van Kneſebeke priorinne* und der ghanzen Samninghe darſülues unde allen eren nhakomelinghen uſe *bede* in dem dorppe tho *Wiſtede* an korne unde an pennighen und mit aller thobehoringhe ghensliken alſe we ſe gehad hebben wante an deſſen dach vor hundert marck und twintichs marck Lübſch, de us tho dancke

* *

XXXV.

FRIDERICH

Burggraff von Nürenborg

confirmiret als Stadhalter der Marck der Stadt Werben ihre privilegia und Gerechtigkeiten.

A. 1412.

Ex Orig. membr.

Wir *Fridrich von Gotes gnaden Burggraue zu Nüremberg Oberſter Vorweſer der Marcke zu Brandenburg* bekennen offenlichen mit dieſem brieff, daſs wir haben beſtetigt und beſtetigen mit diſem brieff unſern lieben getruwen Rademannen und den gemeinen burgern der Stat zu *Werben* und rittern und mannen geiſtlichen und wertlichen und allen den die in der Olden Marck geſeſſen ſin und zukommende werden alle ire rechtikeite unde alle ire gute gewonheite unde alle ire Lehene und alle ire brieue die ſie haben über Lehen, erbe, eigen, phantſchafft und gutere, über alle ire fryheite, alle ire rechtikeit, über alle ire guten alden gewonheiten die ſie haben von allen unſern vorfaren fürſten und fürſtinnen ſtete und gantz zu haldende, und alle ire rechtikeite und fryheite nicht zu ergernde noch zu krenckende ſunder allerley argeliſte. Mit urkunde diſs brieffs

briefs verſigelt mit unſerm anhangenden Inſigel, der geben iſt zu *Werben* am Sontag vor ſant Lucien tag noch Chriſti geburt viertzehenhundert Jare und darnach im zwelfften Jare ,—,—

* *

XXXVI.

Die von SCHVLENBVRG verkauffen die Bede im Dorffe Wiſtede an das Cloſter Diſtorff. A. 1415.

Ex Copiar. Saec. XV.

Ick *Berend von der Schulenborch* de eldere *Hans* myn broder, *her Fritze myn ſone* (*) und *Buſſe* hern *Fritzen* ſone alle heten *van der Schulenborch* bekennen in deſſem breue dat we mit vulbord uſer eruen hebben vorkofft und laten tho enen rechten kope Hern *Ludelue Verdemann vorſtender tho Diſtorppe, vor Alheyde van Kneſebeke priorinne* und der ghanzen Samninghe darſülues unde allen eren nhakomelinghen uſe *bede* in dem dorppe tho *Wiſtede* an korne unde an pennighen und mit aller thobehoringhe ghensliken alſe we ſe gehad hebben wante an deſſen dach vor hundert marck und twintichs marck Lübſch, de us tho dancke

dancke bereid ſyn. Deſſe vorſcreuen bede ſchulle we und uſe eruen en unde eren nakomelinghen rechte waren weſen unde vrigen van aller anſprake unde ſchollet en uſes heren des Marggrauen willen deſſes Kopes ſchicken wonn unde wor en des behuff is. Alle deſſe vorſcreuen ſtücke lowe we *Berend*, *Hans*, *her Fritze unde Buſſe* alle ergenomete unde uſe eruen dem vorbenometen hern *Ludelue Verdemann*, *vor Alheyde* unde der ghanzen Samninghe tho *Diſtorppe* unde allen eren nhakomelinghen in trouwen ſtede unde vaſte tho holdende ane alle liſt chte hülperede. Des tho groterer bekantniſſe hebbe wy alle veer uſe Ingheſegel witliken laten henghen an deſſen breff de gheſcreuen is nha Codes borth veert einhundert jar dar nah in dem XV. jare in Sünte Georgius daghe.

(*) Allhier nennet der Vater ſeinen Sohn *Herr*, und giebt dadurch zu verſtehen, daß ſolcher ein Ritter geweſen. Dieſer Titul war in medio aeuo, wenn ich die Geiſtlichen ausnehme, den Rittern faſt eigen. Sie bekamen ſolchen nicht allein von andern Edelleuten, ſondern auch von ihren Fürſten ſelbſt, ja ſie ſetzten ſolchen ihren Namen ſelbſt ſorgfältig vor. Z. E. will ich aus des Falken *Tradit. Corbej. p.* 551. ein Document de A. 1351. anführen, das ſich alſo anfängt: Wy *her* Albrecht unde *her* Hermann von Brakele brodere unde *riddere*. Außerdem ſind in des Trevers *Münchauſ. Geſchlechts-Hiſtorie* und bey andern viele hundert Stellen zu finden, ſo dieſes erweiſen. Die Würde eines Ritters war ſo vorzüglich, daß auch die vom hohen Adel ſich dieſes Titels gebrauch-

